

dum impellere , ac instigare , sive consensu dicti IACOBI CARDON. Idque omne sub confisicatione librorum , aliquique pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum
Lugduni , die duodecima Octobris ,
anno millesimo sexcentesimo trigesimo.

De mandato Regis,

Signatum ,

RENOVARD.



IOAN

I
IOANNIS EVSEBII
NIEREMBERGII ,
EX SOCIETATE
I E S V ,

LIBER PRIMVS ,

De Arte Voluntatis.

PROLEPSIS I.

*Nec fortuna , nec maiori cura naturæ
indigemus.*

PROCVRARE fidem fortunæ , Cap. 1.
tueri pietatem naturæ , expiare no-
men vtriusque infamatiæ , & quod
inde sequitur , domellico & para-
bili remedio humanis calamitati-
bus mederi , (quid enim promptius : quid ma-
gis sine apparatu , sine impensa , quam mutare
cupiditatem ?) irritæ , nec maiori , quam hacce-
nus repetendæ , felicitate , potius quam inutilis

A pre

pretium erit opera. Nixa licet iniucem ista sint: namque, ut excusent se mortales, quorum duxat inerti, & aut libidini, felicitatis inuentum miseris debetur, ut aequius quam Aruntius, & Thrasius proprio damnentur ingenio, accusant non tantum iniurij fortanam, sed impij naturam. Vtraque innocens est humanae conditioni: insuper & haec prouidentior; illa liberalis, neque sine affectu: nam nobiscum duxat munifica est, adeo publica & vniuersitate amica, fida, aqua, comisique nostro generi, tametsi insimuletur perfidia, ut bona sua in nullos, nisi in homines, dispenderet, & solum non dilapidat: quia non sine confilio, cum omnibus non sufficiant, distribuit per vices, ad diem commodat, ut quisque aliquo saltu tempore, aliqua saltem particula eius gustet indulgentiam. Imperatorum liberalitas ab omnibus adoratur: etiam si non omnes congiarium capiant, sufficit posse. Cur damnatur ordo indulgentis fortune, cum ita distribuat, ut nemini non tribuat? Quid amplius ab illa requires, quam viscera materna, quam curas natura, quam mores Philosophie? la mater panem inter liberos distribuit, ut frumentum veniat singulis; & minus dat omnibus, ut deo omnibus. Solicitor natura transmutat rerum vices, ut latae opes de-

ut etiam ima gustent omnia, & ut Synesius ait:

par in mun-
de: fortiatur
vitam alter-
nam.

Iva και την πατερα
Μερις εις την πατερα
Δεκαλη ζωης

F. 2

Nec fort. nec maiori cura nat.indigem. 3

Eπαπελούντας,

Ipsa constantiae magistra, Philosophia, non solum inconstans, vaga, omnime solun peruidit, ne vni solum beneficia ciser. Quae citius mundi facit, viuieris peregrina errat de vriteris meritura bene. Ad Baetrianos, Chaldaeos, Phoenices, Egyptios, Atlanticos, Phrygas: lente deinde relictis Barbaris Greciam appulit procedenti mox gradu Roman. Sentit quandoque & in patria sua frigus in Amachari Scythia, in Abati Hyperboreo: vidit & in incunabulis suis reeetes euigilantis Solis ignes in Dandami, & Calano: exulauit aliquando in Euxino; sed extortis priuilegiis municipij mundani suo Diogeni dedit. In vnu solum beneficia cogere, nequissime maleficio, & coactione fieri tam hoc ipso sine liberalitatis laude, quia sine libertate. Vnum solum attendere, vnum respicere, seruire est, non liberalem esse. Libera liberalitas est, & regium quid, propter ea commune bonum, & ad omnes. Necessitatis est ad vnum esse. Non gratis dat, qui non alij dat: sibi enim puto magis dedisse, cui non placet homini dedisse; sed consanguineo, aut adulatori, aut reddituro, &c, ut uno verbo dicam, qui cum spe dederit. Dat alij, qui dat aliis, qui omnibus: magis enim liberalerem credo, qui pluribus, quam qui plus largitur. Non alio nomine fortuna iniqua est, nisi quia cunctis equascindita, scilicet, maiestatis, amula pietatis, discipula naturae, sectatrix Philosophia. Pia est, simpliciter dicitur, dum perfuncta commodatis suis repe-

A 2 tat

eat aliqua, vt aliis quoque satisfaciat, & affabili-
lens se prebeat. Hoc consilium magis meretur
gratiam. Propensionem cunctis se ostendit, pro-
uidam communis boni, & neminem sibi placere,
nisi uno titulo hominis. Quid ergo accusamus,
quod det omnibus? Non, inquires, ob hoc: sed,
quod det malis. At qui & hoc laudi aliis vertitur.
Ariostoteles reprehensus, quod homini non bono-
deditislet stipem, negavit dicens, solum humani-
tati dedidit. Humana fortuna est: homini dat,
non homini iniquo.

Cap. 2.

Crimen nihilominus nostrum imputamus il-
li, inquam calumniantes, iniqui in illam. Quæ
apud nos commodauit, recuperare nequit sine
querela, nequit sine maledictis volentium reti-
nere aliena contra fidem contractus. Sed in
hoc excellens spiritus est, quod aestimet plus
beneficentiam, quam beneficium, quod vult
perdere, vt faciat. Fatoe, dona sua futilia,
& exiguae utilitatis: affectione tamen dannata-
re non possumus, nisi ingratii, quem gratum
exhibet, & sanum. Insolens faltem est, & de
nobis meretur: si non exenti, studio; licet male,
quod forsitan commissatio est, apud vulgus
improbum audiatur, post se non modo trahens
eruditiores, bruta, perfidam, lasciam, incon-
stantem compellantur; sed & probos, & pios.
Abbas Philippus maximam omnium, vulgari-
bus maiorem, in illam iaculatur calumniam:

Fit rea, sed non puder est ream.

Culpam tribuit, verecundiam negavit, culparum
annu-

Nec fort nec maiori cura nat.indigem. 5
amuletum, morum salutem. Illud scelus, de quo
cetera spes, imputauerat, periuam ad sceleris
dixit:

Promisit fortuna magum, mentitur.

Mox, quod peius scelere omnium est, non eru-
bescere. En meretricium fortuna ingenium, impu-
dientiam, & perfidiam amoris. Nullum amat;
sed fingit, iuratque amare. Impunitatem periuij
dat impudentia. Palam & hoc conutum obie-
cit Georgius Pisides:

H μεγάλας ὄντας, οὐ ποτὲ μηρίδια.

Ἐργα δὲ ταῦτα χωματίζεται πόλει.

Verē mere-
trix, nūmen
que quam-
quam amet,
more finge-
ferendo se
corripi.

Nos quoque libenter, alioqui aduocati fortuna,
adulabimur interdum, vulgo confidentes eius
conniutus, ne consentiamus vitiis. Malutus con-
fusore fortunatis, quam fortuna. Utillissima hæc
inuidia fortuna foret, si nostras inuidias tollereret.
Utillissimum odium eius, si nos, nostraque bona
facaret amare, non sua dona. Illud est mirabile,
& miserabile, cum omnes maledicant fortunam,
quod omnes ament fortunas: præterquam non
refert accusare excusandam.

Major culpa aliquorum Philosophorum fuit, Cap. 3.
culpare naturam, quasi homines non agnoscat
filios, sed priuignos, quos, si non odium, fasti-
dium nouerarum negligit. Cætera animalia di-
ligentius dices curasse: consentanea vnumquodque
supellecili, & portione cognatae hereditatis
ab ipso donauit ortu:

Armauitque manus, cornu, pede, dente, veneno,
Atque aliis, quibus artis inops, animique minoris,

A 3 Es

*Et ratione carens animal se protegat, & se
scrut ab aduersis rebus.*

Solum hominem imbellem, nudum, indigum reliquit. Ex hæredem credes, vel solum fideicommissum fortune. Cum venia & huic criminis iudicium (si aliquid esset) posset adiici potius, quam benevolè imponi parenti. Satius fuisset calumniationi vni fortunæ. Non grauiter post tot calumnias, istam etiam appendicem toleraret. Innocentius esset, easum' matris, quam negligentiam putare conditionem humanam ; infortunium nature fuisse, non iniuriam ; abortuum filium sine genitricis sceleri, infectum hominem, rudemente effusum, non ut priuignum contemptum, infensumque fastidiisse. Quid iam mirum, si in humani genus fortunatissimè præualeant infortunia ; si auspiciata, & erudita in ipsa communis parente ; si homo ante fortunam expertus, quam naturam?

Sed nec minor cognatio pietatem minorem fecit, quod minus pignora sua, & ex præcordiis nos natura agnoscat : non enim se totus homo debet naturæ ; minor & deterior portio, donum eius est ; altera, qua sublimior, & dux, & gloria humana, non ex beneficio naturali, & imis causis venit ; proxime dexteram Dei matrem habet. Diuina pars est animus, diuino proinde natali illustris, nobilissimus. Quidamne homini, quia diminutus, seu dimidius naturæ sit filius, consultat natura diminutæ, & anatæ ? aut relinquit omnia officia parentis, cùm non totum sui futurum

tum videat ? Innocentia, & integra viscera illi sunt ; nec talia essent, nisi in eum etiam, qui ex suis visceribus non totus esset. Maxima pietas fuit naturæ in hominum genus, scilicet, paterna, virilis. Anterior in hoc illis, qui negarunt illam matrem hominis ; displiceant licet, quod putarint nouercam : rūsi, vt Phauorinus dixit de quartana, sit femel nouerca, & bis patens. Maior illius prouidentia est, quam segnioris, & muliebris sexus. Pater hominis est, mater aliorum animalium. Atque si meliorem partem hominis extraneam dicam, non mater, non nutrix, sed nutritius animi est. Nimirum sollicitat disciplinam nostram, non mulcere, non fouere, non blandiri. Erga alia animalia officia materna coluit, erga hominem paterna. Ne quid illis commoditatis deesset, vellit, fouet, mulcet, pleno & muliebri affectu. Hunc eruditiri mauult, virilius tractat, negligentior commoditatis, plenio & salutari consilio. Spartæ indumenta, atque alimenta negabant filii, vt necessitas extorqueret industrian, & efficax magistra viuendi esset, compensante attè curas & officia pietatis : mortuus enim irritate necessitatibus (vt Portius dixit) grauissimi sunt & acutissimi. Acuminat inopia ignauiam, erudit paupertas mentem. Neque criminis data hæc prouida crudelitas parentum ; sed pietate publica admissa, & legitime consecrata fuit. Ita natura negauit homini plura, vt necessitas meliora daret. Remunerat egestas quandoque in hoc molestianam, & pre-

tio compenfat desiderium : tum ne vacaret animus ; eti quidem istum non dedisset natura nobis, edere vult, & exornare, vt quo potest modo, si non genitrix mentis, bene merita esset. Ausim dicere, dedisse mente in, negando omnia, dando solum necessitatem. Eleganter dictum :

Xp̄ia. διδάσκειν, καὶ βεβαῖον τις ἐποίειν.

Si ineptum necessitas sapientem facit, iam pars mentis cum necessitate venit.

Cap. 5.

Si omnia nobis dedisset natura, quid daret nobis ratio? Hoc maius beneficium illi debemus, quod noluerit liberalis esse, (irrita mens, vacans arbitrium iaceret,) hoc ipso iam liberalis, & virtutis sua: memor. Plausibilior & comprobata nature laus, virtus liberalitatis est, cuius honos & lex intereat media auaritia, & effusione ; nec dispondere, cum superuacui sumptus sunt; nec, cum necessarij, retinere. Non prodiga, non auara estimuli inducer, quod necesse est; nulli, quod non est necesse, erogat. Quare, quoniam solo animo & virute cetera superfluant homini, negavit, quæ reliquis dedit inopibus dote mentis, arma genuina, & indumenta cognata. Non dentes homini falcatos dedit, vt apri; non vincinos, vt leonibus, vngues; non solidos & missiles, vt equis, quibus funda calces sunt; non pellicea tela, vt hyltricibus, quibus arcus & pharetra cutis est; non trusatiles domos, vt testudinibus, quod fuit. Moni votum & confilium; non locicas cuticulares, vt testaceis; non muros spiculatos, vt echinison denique amicit setis, spinis,

plumis,

plumis, corticibus, crufis, testis, pilis; sed exercitum, exutumque reliquit. Solum cerebrum, caputque inter humanos artus nudos protexit, & induit, reverita in arce ac Capitolio suo animalium, quo integro & curato, omnia in tuto sunt, cuncta incolumia manent. Nec auræ illud perornauit, nulli animalium locupletius; potius inde prouidit cetero corpori, vt veluti sub papilio nativo prolixa castrametaretur casarie. Ab animo omnia proteguntur. Hic prepondérat solus tot illis illecebris, tot blandimentis, tot curis, quibus stetus reliquos mulcet, & procurat. Oportebat alterius ordinis, id est, nobilioris, admoneri hominem, ne falleretur, comparare se brutis ratus felicitate extima, & seruienti. Proinde plebeius census, & par supellex quadrupedem dedecbat. Non dignitas censu constat, nec honos supellecti menfaturatur. Præstat homo inops ipsis animalibus locupletibus, armatis, amictis, quibus ipse egenus imperat, & sibi seruire facit. Potest gloriari, vt ille triumphator de Sabiniis, Samnitibus, Pyrro, qui plures triumphos habuit, quam feruos, (duo tantum in castris calones Manio Curio fuerunt,) & ad minus patres, tertius sibi seruus ipse Curius fuit; nisi quod iam & hic quartus, & maior triumphus: triumphauit de se triumphatore. Hic frugalitate, rapidoque contentus, ingens auri pondus reculauit: respondit offerentibus, malle se imperare locupletibus, quam locupletem esse. Praefat nudum, & solo animo dominium esse naturæ, & fortunæ.

A

Dumi

Cap. 6.

Dum homo exutus mansit, & tam pauper, vt
nec vestem haberet, felici animalium regno, &
incontroverfa obedientia fuit potitus. Nudum
Poenitentiam fera sunt reuererit; vestium, velut
purpurea tunc demidatum, non agnoscenes dis-
cerpsere: raro talione ab ipso subiliu vitro pra-
dicto, credo etiam impetrato, aut transacto, quod
peregrinum aliquando non liberasset canum la-
natione. At, dum exutus fuit, suspensa vindicta
irreuerentia, pristinam hominis malitatem in
nuditate suspexere bruta officiosa. Leoni incum-
bebat. Pro molli strumento habuitasperan-
tam. Quando magis dominus, quam cum secu-
rus? & quando magis securus, quam cum animus
dormiret? Tam officiosa bestia fuit homini suo,
inquam, Regi, vt ad cubitum stragulum, ad secu-
ritatem satellitum se exhiberet. Pachonem item
nudum coluerunt hyene, & expectantem etiam
pro voto suo deuorari, solum sunt ause venerari
oculis nuditatem; ad officia hospitalitatis, erat
in spelunca sua, > lingebant pro ablutione ho-
spitali, vt nudior adhuc esset sudore & puluere.
Adeò placuit nuditas, vt affectaretur. Fautius
securus fuit quatuordecim inter feras annos, syl-
narum & montium ciuis. Nudus erat, hoc priu-
legio seruatus. Didymus comprimens pedibus
colubros, licet ipsa concultatione stomachatos
ad virus, non innocuos tantum, patientes exper-
tus fuit. Illam pedum nuditatem suspiciebant, &
regia sustinebant fide, velut barbari suos Princi-
pes humeris. In vniuersum serpentes reuereri
exutos

Nec fort. nec maiori cura nat. indigem. 11

exutos homines, innudere vestitos, fertur, nisi
Epiphanium excipias. Scunt & bruta vita ob-
sequi, & inexpercta seruitia exhibere nudis.
Miramus expolios infantes exceptos ab anima-
libus sapientiæ & alitos, Cyrum à cane, Semi-
ramis à columbis, Iouem à capra, Telephum à
cerua, Arneam à penelopenious, alios à lupis,
alios à suis. Abiecti plerumque nudi fuerunt,
& sua reuerentia & obsequij titulum monstra-
bant nuditatem & innocentiam. Rara his bru-
torum obseruantia, fides, officiositas, ad miracu-
lum sane, ad exemplum. Parasium & Lycastum
pueros, propriis rejectis catulis, lupa nutriti;
maluit perdere filios, quam Imperatores. Non
minor fidelitas erga Habidem lepe à brutis la-
ctatum, mox etiam procumatum, in angustum
abiectum semitam conculcandum armentis;
postea famelicis, & multorum dierum excrucia-
tis abstinentia canibus, deinde suis porre-
ctum, vt vorarent: maluerunt fame mori, quam
Principem suum non vivere. Defuit potius sibi
natura, quam in ilium reuerencia. Defecit vi-
te sue misericordia, non in nudum charitas,
quarundam etiam vberibus nutritum. Fides
maior humana, ne dicam, fide, sed pietate.
Citius inueniemus matres, que in angustia an-
nonæ proprios manducassent filios, quam alienos aliuerint.

Cæterum nuditatis loco paupertate in ado- Cap. 7.
rant, vt proximam humanae dignitatis purpu-
ram, atque ex cognata nostri generis inopia re-
gimur.

giunt insigne. Neminem cum satellitio nouimus, cui bellum ultra parvissent. Vidimus multos sine decoro, multos cum paupertate, exercitus multos. Heleno, & Pachomio parvè crocodili; Beno etiam hippopotami; Antonio, & Machario onagri; Gerasimo, Sergio, Helladio, Ioanni, & Simeoni Prisco leones; Philippo, & Ammoni dracones; Alexandrino Machario hyænæ; Theophilo, Sergio, & Hygino columbas; Heliæ, & Benedicto corvi; Nicephoro Petrensis viri, & anates; Adamo Firmano lupi, & hirundines; Iosepho Anchæ, nostris saeculis, quod non obstat admirationi, tygrides; Paulo scorpiones, & cornuta alpides; Hilarionis boas visque ad mortem, & mortem ignis paruit, immanis coluber, cui bos pro buccella fuit. Istud imperium non opulentia facit. Quid? Inquies, etiam diuitibus animalia seruire, equos ad infidendum, boues ad arationem, iumenta ad vecturam, canes ad custodiā: sed & hoc non diuitiis, sed gloriæ præfæ autoritatis debetur. Reſtat illius hoc vestigium: non totum regnum esse rebelle foletatimesticis saltem diuturnior est fides, & superstes diademati. Manferunt nobiscum domesticiores famuli. Aliqua etiam reverentia debebatur simplici & nude nativitate, morti denudata: nascimur, & morimur, quales viuere non peius oportet. Non refert, si opponas leones Regine aliquas Berenices, & Hannonis; aut dracones Thoræ Achaïci, & Heraldida. Non hos famulos, sed familiares puta: societatem, non obsequium

præsti

præstiterunt nec ex fide, sed ex gratitudine. Nuditas, & paupertas solum est sacramentum hominis, in quas iurarent animalia. Haec nos autoritate imperatoria præposuit, locupletavitque natura, nec servitio irrationalium artis donante putat libertatem rationis, quam quoniam non dederit: quia non potuit tentare, qui potest arte, & viribus. Satis dedit impotens, si dedit vobis nimis, si conatum. Conatur natura libertatem dare etiam in his, que non dedit, ne illa necelari haberemus.

Quin & his, que dedit, per ea ipsa pauca & C. p. 3.
egenaqueibus seruit nobis, & ad mensus nos liberæ recordationem velicit, parte sui juris exemit, nec proprio necessitatis notauit charactere: signo portius quodam rationis prærogavit, atque insigni libertatis: ad unum noluit coarctare. Ämula, non inuida animi in ipso initiatur corpore libertatem ruderem: non unus omnibus hominibus gustus, non simplex cupiditas, non cibis idem. Cuique animalium generi futurum differt alimentum, cunctis ouibus herbas, leonibus carnes: rigidæ & limitatas leges non promulgant hominibus. Alij nutritur, vt feræ, alijs, vt mites & cicures; alijs carnibus; alijs stirpibus. Non omnibus vietus idem: compatitur sensus humanus quodam vestigio libertatis libertior, quem non ad idem constringit, nec vt bruta vrget: adeò circumspicit cum rebus nostris agit, adeò splendide indulget. Adorat arbitrij gloriam, & cauet violare, vt se quisque, prout libet, fingat.

figat. Sic hominem infectum , vastumque dedit , vt quod magis dedisse videatur; materia fit. Hæc iniuria putatur, hic liuor, hæc contumelia; fauor tamen est natura , fortiaſe & reverentia. Noluit se nimis humanis rebus misereſe. Quare? Quia liberos non agnoscit, velut filios colit, cum liberos seruet. Vuln. quod sumus. Satis hoc est, vt calumnia inuidie falſa sit: & ſiquidem libertatem nobis non dedidet, copiam libertatis facit. In ſolatium, fi non fuit liberalis, officioſa eſt.

Cap. 9.

Anne maior gratia, ſi hominem fabricasset protectum squamis, aut vefſitum pilis, aut loricatum crufis, aut armatum ſpiculis, aut receptum hospitio, domesticia sarcina, aut innato carcere, quam nudum, inermem, depilem, vt omnia poſſet eſſe, & mutare tegumenta & domicilia? Noluit diuinare natura, noluit praeuenire humānum gūſtum, incertum, liberum. Multi homines gaudenter, vt gaudent modò, nudi incedere, alij vefſiti, alij armati, alij exercētes, alij ſine domo, alij intra latibula; idèo non ſe introduxit, nec vſurpat ius totum noſtræ conditio- niis, vt qui amicti gaudenter, poſſent habere; qui ſecus, carere. Non omnia omnibus placent, nec eadem eidem omni tempore. Præmoletum eſſet ſemper vefſitum eſſe, ſemper armatum, ſemper manentem domi, aut onustum ſua caſa, vt teſtudines, & oſtre. Arma belli tempore conueniunt; poſſunt tunc arripi. Pelles, & vefſitus, in hyeme; poſſumus tunc protegi: nuditas quo-

que

que ſuo tempori, & quieti, & balneis placet; tunc nos inueniemus eſſe ſine labore, quod ve- lumus: votum erit natura, & ſemel gratis aliquid accipiet cupiditas. Domicilia contra nimbos tuentur; poſſumus tunc condi: nec hoc remedium graue, & feruile habemus cum onere per- petui oneris, aut carceris. Saepè ſub dio iuuat eſſe, & tunc caelo perſuſi in terra licet, & poſſu- mus exonerati: cælum tunc videmus, & totos nos cælum videbit. Dedit omnia nobis natura, cum nihil dederit: omnium animalium dotes inuidit, cum negauit, vefſimenta armeniorum mortuum, nuditatem ranarum, (non eſt, cur que- ramur, ſolos naſci exutos, ſiquidem ſunt, & qua naſcantur, & viuant,) domesticitatem teſtudinum, ruficitatem doreadum. Suas vices reli- quit rationi, ſuam arbitrio ius. Feruſit animo omnia, vt hic excolatur & formetur. Inculum, inforinmeaque hominem fecit, arte refectionum, & meliori condizione, in quibus defecit ipſa.

Corpus animi cauſa effinēc aptius animo li- C. ap. 10.
bero & ſolenti poſſet eſſe, quam iſtud corpus ſi- ne maiori arte, nudum, expeditum, ſine obſta- lo, ad omnia. Abſque magno apparatu habet ho- mo, qua omnia habent. Parum reſent rudes ar- tus habere, ſi eruditur mente.

Αἱ γάρτες γυναι. οὐδὲν ἐν τῷ κεραύνῳ.

Quid iuuat biſembres Centauros eſſe, ſi carent mente? Quid Gratias impedit nudas eſſe, ſi fo- lūm vefte? Vnum animi pignus, cunctorum di- uitiiſ animantium æquiualeat; proinde homo lo- cuple

cupletior. Ad huius imitationem praecipuum diuinatum titulum vsum paucis pecunia: quia æqualeat cunctis rebus. Qui illam habet, licet careat omnibus, omnia censemur habere: quia cum illa potest, cum velit; & præstat habere illam, quam ea, que habentur per illam, cum per illam habeantur omnia. Inter ipsas pecunias, inter ipsas diuitias hoc nomen præcipit aureus; quia simplicius plura continet: per imitationem enim paupertatis, & simplicitatis adstruit se, & magnificiunt diuitias: eò maiores sunt, quod in minori constant. Adeò opulentia nostra, simplicitas est; subinde opulentior: adeò diuitiarum idea, paupertas est; subinde ditor. Ita nobis in simplicissima re superfluant vniuersa, hoc ipso locupletiores; quia habemus omnia, & quia in vno.

Cap. 11.

Accedit, quod in uno, & dupliciter: simplici enim animo bisariam hoc bonum obtainemus pro gemina eius dote, mente, & voluntate. Alterum occurtere licet, & medicari infirmitatem nostram, & præuertere cognatam inopiam; tametsi alterius firmius sit remedium, si remedium est, & non potius sanitas. Mente solum possumus habere, quicumque habemus opus. Prior & sana opulentia est, non habentis necessitatem, quam potenter subuenire. Bona valentu lo optimæ medicina præstat. Mens artes parturit in remedium naturalis orbitatis, cum quibus non inuidemus brutis ornamenta, & opes: non tamen adeò prævalent, etiæ competentem donan-

donanda à natura, vt valeant contra fortunam. Supplent naturam, non superant eam; immo nec naturam omnino. Quantumvis probata, validaque medicina sit, non omnem morburn, nec semper debilitat. Hoc solum possunt facere, & satis est, ne inuidemus animalibus, ne iuste calumniarem communem matrem.

Verum post tot artium adminicula restat, Cap. 12.

quid adiuuandum sit: adhuc miseris nos intinemus, & miramur, cum tamen nosmet facimus superfluarum sollicitudinibus rerum, necessariam penitentia, & impatiens intolerabili fortune tolerabilis quidem. Post inuenta solertia, restant cutre; post rerum affluentiam omnium, restant desideria: & iam oblitos queri de natura nos adorintur eternitate, hoc ipso nequam culpabili; quia ubi dona ciuii non desideramus, damnii aliunde timemus, aut lugemus. Non itaque solum ingenium expiat miseria, nec per mentem dumtaxat acrem exultant acria & molesta. Hic labor, hoc stupendum opus est voluntatis: nam non sine remedio miseria est. Quod alia non concedunt artificia, dabit voluntas iana, hoc est, voluntas sine voluptate. Voluptatem tamen maximam, id est, sine face, & cum fide; vndique iucundissimam, vndique conflatentem talis voluntas erat: cuius & quadam sua ars est, cui si nomen indere velit, virtute dixerit cum Hippodamo Pythagoreo, cuius opificium gaudium est, & inter pila fortunæ pax metis pretiosissima. Prudenter inquit Prudentius:

Pax plenum virtutis opus , pax summa laborum,

Pax bellorum exalti premium est , premiumque pericli:
Sydera pace vigem , constiunt terra pace:

Nil placitum sine pace Deo.

Ad rem tantam est quedam libertatis methodus . (Gratiam Dei semper desidero , sine qua omnis nostra ad honestatem via , deuia est : sed supposita illa , commodè erudire licet voluntatem ; quia libertati accommodatur gratia .) Est & quidam scitus voluntatis vslus , ne nobis abutatur fortuna . Cadit sub disciplinam aliquam , cupiendi , fastidiisque modus , vt fabricemus columnen in discrimine , fortunam in infortuniis , tranquillitatem in tumultibus , gaudium in tormentis .

• • • Cap. 13 .
Tot , tantorumque officiorum proximum organum , vna voluntas est , si ordinata sit , certis , salutaribusque consentanea canonibus . Sunt artificia , que vnici & parvuli motione instrumenti plura & magna facilimè , vnoque digito commotant . Machinas , que vires superant , ats exiguo cum paxillo doinat . Sic vnius voluntatis gubernatione totam felicitatis molem dirigere licet , machinas misericordie diruere , & fortunam immoram raro miraculo figere . In vslu instrumentorum aliarum artium , curiositas meretur disciplinam : cur itud gaudijs organum gubernare non discimus , nec inertiam pellit utilitas ? Non minor est , quam funus fortunæ acerbæ , & calamitatum interitus . Varia excogitare possumus , quibus

quibus tantisper obstemus tristitia , quibus falamus infortunia : tollere de medio non licet , nisi ordinata voluntate . Ludi , spectacula , mufica , infirma sunt artificia dolori & affectibus placandis , innatis tortoribus . Hæc & alia exhilariandi organa , obstacula solimi possunt esse ad tempus , non pharmaca : suspendere agritudinem possunt , non tollere : ea ipsa meior animi violatio non vinci , sed mitigari potest dubia fide . Quod ad momentum lenitur , mox recrudefecit , & refugerit roboratus . Frigida aquæ poculum febricitantes ad prefens recreabit , mox ardentes exuruntur : ipse humor in praecordia diffusus flagrantia , fax est incendio adiecta . Non est solius ingenij gloria , triumphus fortunæ : modestia voluntatis laude ista præcipue perfungitur . In eadem statua imbecillitate quacumque alia inuenta , & adminicula aduersus miseriam , qua præterierant nos . Intus solium latet nobis remedium efficax & ram salubre , vt ipsa salus sit . Ipsi remedium , valetudo est .

Præstò , subque manu , inò sub finu , subque Cap. 14 .
corde pharmacum est miseria . Praecordialis est medicina angoris , & tristitia : sed parabile remedium cōtemnimus , difficultia , inefficaciaque perquirimus . Quidni ? Efficacia sint alia , & in præcinctu : limitata singula sunt , nec tot , vt æquenter agritudinibus animi , minimeque circumfrendingis miserie . Vix deest in vita penuria aliquis rei , iactura multarum , (non provt nos egeamus , sed cupiditates nostræ .) Pericula , iniuria ,

contumeliae, mala affectio corporis huius, quod vita afficimus, sexentaque alia incommoda, ut nequeant tot esse medicamenta, quod medicanda. Quin, si totidem essent, & paria pharmaca malis, illud malum nequit abesse, ille importunus vita labor, auferendi labores, & medicandi passim. Illa cura sine curatione erit curandi curas vite. Ad hanc pleno ore, & manu arrideat aliquid fortuna integra, sana, nullis vita remediis egena: illa iam aegritudo animi reflata, venire posse aegritudinem, timor inconstantis felicitatis, conscientiaque volubilis ingenij. Non igitur singulis malis singula respondere possunt pharmacata, nec per partes mederi, nisi universali ordinante voluntatis praeuniamur antidoto: alioqui perinde est ac si aliquis, cum plueret, nudus in agrum prodiret, & nollet indecessari: sed singulas speraret posse guttas vitare. Pluunt in vita atumina: singulas impeditre nequimus, nisi ad medium sumamus, quod resistat cunctis, vestimento, aut techo protecti. Demens est, qui exutus in aciem prodiret, & voluntarium, pluentiumque telorum cuspides omnes praesumeret effugere; quia vnam, vel alterum iactum eludere valeret: horace valido se oporteret munire, vnde cuncta obtundentur. Homana vita non modò militia est, sed prælium: nisi peccus armemus valido animo, exermes, nudosque obruent statim molestiae; si non vi, numero. Quaecumque alia solita non sunt tam valida, ut omnem miseræ sortis ictum retundant.

Tanta

Tanta virtus solius virtutis est, & voluntatis sua preoccupantis vota.

Instrumentum instrumentorum, manus est. Cap. 15.

Ipsam dixit Aristoteles organum ante organa: quia sine manu nostra manea sunt cætera, & inutilia, quippe inertia, exanimia, nisi artis spiritu & motu vivificet humana dextera. Transtulit istam laudem ad mentem potissimum Galenus: quia artificia inuenient omnia; quia dirigat, ipsamque manum manuducat; præcipue quod sola mens paret ac superet omnem naturæ indulgentis censem. Verum usurparunt gloriam istam voluntati. Vna haec dici instrumentum instrumentorum suo iure potest: supplet, quæ dare natura deberet, aut posset, & quæ ingenium dedit. Plus donat parcitate & quiete sua, quam liberalitate natura, quam prodigalitate fortuna, quam sollicitudine industria. Dedit omnia, cum dederit nullis egredere: dedit plus, quam possit dari. Sine pompa supplet apparatum indolis, sine cura soleritatem ingenij, sine additamento superfluitatem fortunæ. Instrumentum instrumentorum est: non, quia efficac, quæ conditio irrationalibus largitur, quæ supplet in hominibus altutia, quæ superfundit felicibus fors: sed, quia afferit, opus esse ope. Iam iterum excuso naturam prouidentem cuique paria felicitati sua arma. Irrationalium forinsecam prosperitatem, tributariam exteriorum, & alieno cedentem arbitrio ornauit armis, vario adstrinxit praesidio, ut eam aut vindicarent, aut potirentur: at, quia ho-

minis arcum peculium , intimaque prosperitas est, quid opus erat extimis grauare, ineptisque gaudij officinis? Leonis robur datur, ceruo pernicietas, paleari penae, cuniculo latebrae; ad suæ incolumitatis fideiußionem: negate homini vires, velocitas, alæ, specus, non modò lacefito, sed qualitato; staturo suæ, dum velit, fixo securitati. Consulitius cum illo cautum, dum non de periculis modò, sed de timore. Non est tuta securitas, immunis discriamine, nisi sit & metu. Tanti interest inter animalium, & hominis columen, ut illa prouisa solùm sint, hic securus. Nulla itaque negligientia natura fuit, inopia & nuditas humana, si nudo & inopi sufficiat apparatus gaudendi: immò sui penè dimidium superfluat, cum nec artibus eius felicitas & gaudium egeat in voluntate nuda sellorum & serum.

Cap. 16.

Abutimus tamen hac machina cuertendi totius infortunij, ad cuertendum nos; & ipsam voluntatem maligno & indulgenti amandi, abominandique vsu in nosmet armamus, & ferocite facimus. Non aliud in causa est, quare humanam conditionem, fabricatâ curis nostris miseria, defluerit Menander miserabilorem, quam ferarum. Non derelictio parentis nature, falsò existimatæ nouerat, cum iam non desideret ingenium fuores alienos, nec maternas curas: sibi presumpsit plus, quam posset illa dare, sine dubio quam vellet, si nos amat. Sed, vt scitè temperata cithara imperiti musici manu amenat omnes;

omnes; at si absens & inordinata occupet digitos ignaros artis, punit audientes: ita temperata, sibique concinna voluntas iucundum gaudij instrumentum delectat; incomposita & disolidens offendit. Quisque artis suæ instrumenta optima querit, aptare dicit, scito gloriatur vsu, naucleus gubernaculi, musicus lyra; cur humanæ artis organum gubernare perit, negligimus? Nil vistitius homini est, quam velle: nihil invitatus, quam bene velle. Cui semper aliudscimus, numquam discimus: cur nostra vita, felicitatisque instrumenti, cuius vsus continuus est, nunquam vsu proficimus? Fructum eius hactenus indicauit, deinceps asseram, verumque monstrabo. Et quia hæc gloria voluntatis non est, absque seruitio & subuentione intellectus, huius quoque modum erga officia eius monstro.

PROLEPSIS II.

Gaudium alienum est rebus.

Priusquam ad doctrinam pacis, ad fabricam Cap. 17. lœtitiae veniamus, explorare iunat, numquid hæc donum sit rerum, & qualis patria gaudij. Si cordis nostri vernacula est, tunc fortasse non invitis erit libertatis aliqua methodus, & ars tranquillitatis. At, si rerum beneficium sit, nec gaudium nobis redificare poterimus, sicut nee ipsas res, nec exitus manu facere. Non ita vt cor no-

strum, in manu habemus fortunę cerebrum
mobilius, quām Zoroastricum; indicium, dies
foritan, non scientia, sed infanția. Non ita natura
vterus, & sinus in sinu nostro est, ut pectus pro-
ptium. In fortuna libidinem, & natura necessi-
tatem nullum, nisi patiendi, ius habemus. Haud
opus tunc alia praecepione est posse siro lati-
tiam, quām iis rebus harcere, que fecūda esse
oblectando; iis abscedere, qua matrēs mero-
ris. At, qualē dabis constantem regulam?
Quomodo hac certò possunt dignosci, vt in
vnā classē digeramus iucundā, in alteram re-
digamus mœsta; vt illis iungi, his seungi liceat?
Quod statum documentum huius designabis?
Ancipites quotidie agiuntur, ideo angituntur. Quod
modò me delectat, eras fastidio: hodie placet,
displacuit heri. Illud ipsum, quod vni est gau-
dium, alteri fit tristium. Archilochus ait:

*Cor ali⁹ de⁹. Añ̄ dñ⁹ r̄d⁹ x̄p̄d⁹ iñver⁹.
alio monst⁹r⁹ gaudi⁹.*

Maior variatio quām palati est. Gustantium qui-
busdam dalcia, alii nonnihil acida attrident.
Huic stomacho est abominatio, quod alteri ap-
petitio. Cibum, quem puer vel nare non sustine-
bas, auido adoleſcens excipis & gratulanti ven-
triculo. Plures facies ostenduntur voluntati,
quām saporum gustatui. Hec rerum malignitas,
pernubrio virtus. Nulla tam experta, tam do-
cta discernendi, decernendique mens est, vt sta-
biliter valeat regulam praescire, & cibram
plaetā moleſtias. In omnibus confusio est: &
nil tam certum, quām incertitud⁹ gaudendi.

Omnes

Omnes res ambidextre ludunt nobiscum, ita
illudunt: æquè citò simifra manu doloris verbe-
rant, ac dextera placiditatis permulcent.

At, si adhuc tentare libeat rerum estimatio Cap. 18.

nem, & quoque inconsentaneos sibi colligere
ordines, statim nos seductos intemperantes. Equis
vitam non admittet in exoptabilium serie; non
abiciet mortem in classem terribilium? Quis
non accensebit in delectabilium catalogo diui-
tias; & in censa mole forū, pauperiem? Quo-
tusquisque non adscribet inter placida honores;
& in matricula tristium ignominiam? Quis non
computabit inter amena voluptates; & non
apponet dolores sub calculos horribilium? Er-
iore tamē in suis rationibus reperiet. Opus
erit expandere plura. Mors multis placuit; ple-
roisque offendit vita. Plures tristes, alios mife-
ros, nonnullos infernos, omnes sollicitos opu-
lentia fecit; multos exhilaravit inopia. Qui-
dam, non aliter ac pestilentis aëris flatum, fuge-
runt honores; alij cortisere inglorij. Nonnulli
inter delicias tristes: alij in tormentis letabun-
di & iocosi: Quid patentius, quām gaudium,
& tristitia, alienigenas rerum esse; non illis
insidere; aliunde nasci? Res ipse eadem sunt,
cuentis diuersi. Permanentibus rebus variatur
affectus. Constanțem eamdem fedem nunc de-
lōr, nunc letitia occupat. Si rerum supellex gau-
dium, & meror fuissent; sicut res sunt eadem,
eadem sua ipsi dos comitaretur; eadem, dele-
ctatio, aut mœstitia haberet. Anne conditionem

suam mutauit mors, aut aliquando ammisit equitatis sua laudem, ultimum solatium inaequalitatis fortunæ, inquit aequalitatis sua, ut non eadem sit omnibus: Quomodo, quam omnes timent, contempsit Socrates, risit Tharamenes, iocatus Canius, qui ultra constantiam, & illusionem mortis, habuit curiositatem; & quam contemptibilem ex se putauit, voluit diligentia obseruationis sua pretiosam facere? Anne alterius ingenij sunt diuina, quas recusauit Curius, quas formidauit Crates; & ne naufragaretur ipse, ipsas humanae vite procellas naufragas fecit? Aut alterius est natura paupertas, cui studuit Antisthenes? An alia facies honoribus, quos exclusauit Fabritius? Aut ignominia diuersi sunt gestus, quod in illis arrisuerat Aristides? An voluptates mel suum inuiderunt, vt amaricarent Cynicum? Aut dolores & tormenta quo se imbuuerunt saccharo, vt in illis festiu[m] esset Anaxarchus? Mors vna est: & si forte dissimilis, illa qua contempta, illa qua accepta, qua optata, aut iniquior fuit, aut crudelior, aut violentior, cicut Socratis, pila Anaxarchi, ferrum Deciorum. Opulentia, & inopia non sunt alia. Similes sunt semper homines, similes signominiae; eadem voluntas, idem dolor.

Cap. 19.

Et ut nostros conueniamus: quem magis oblectauit vita, quam Apollonia præoptauit mortem; impatiens, diuinaque concupiscentia præcepit? Nemo diuinitus latior quam Serapion Sindonita paupertate, sine ære, sine pera, sine pelle

pelle latus; & ne quid possideret, nec se vendidit; & ne vel non suus aliquid suum haberet, pretium seruitatis restituit. Gratia esse alienus voluit. Bis se vendidit, vt mercaretur dominos. Nemo hilario gloriacione, quam Alexius opprobriis. Non satis duxit pro ambitione sua contumelias à quibuslibet despici; sed à quibus suspiciendus erat. Quid de voluptatibus dicam, quarum diligens fastidium precurrit satiatem, confundit famam? Nullæ ita inferierunt humanum cor, vt cruciatum helluo fuit Laurentius. Ipsum latus, quod non ita obsonauerant incendia, petiti accommodari, vt condiret flamma gratum pulmentum doloris. Nec exigus tormentorum gula Emano fuit. Domitus concupiscentiam, & voluptatem, ad extinguendam fistum aqua salsa vtebatur. Haud simplici austertate contentus, tam delicati fuit palati, vt nolle fini sale affligi. Peregrinis cruciatum inuentus irritabat voluptatem dolorum, quemadmodum coqui exquisitam ciborum gulam. Nec fuit satis libidini patientia sua quoduis tormentum, elegantiam curabat, & exquisita acerbius arte. Conradus iucundioris abstinentie audius seruabat, donec putrescerent, dapes.

Ex quo fonte hoc discrimen: Quod arcum Cap. 20. istud, vt in eodem alio iam exunderet gaudium, iam superfluat mortorū nunc refrigeret, quod nuper adirebat? Sunt omnia ancipitia, perinde ut rupes Gonia, iam aquas fundebat, iam flaminas, tam citò fons, quam formax. Hæc diversitas non inest

inest rebus, cum eadem ipissimae sint: at, si illis non insidet, necessaria in affectione latet voluntatis. Duo tantum sunt extrema, inter que iaceat hoc discrimen, res ipsa, & voluntas nostra: si illis sedes abicit gaudij, mero risique; etie in ista. Reliqua seruili quādam naturā necessitati parent, nec pro libidine mutare vultus valent. Necessaria res sunt, eodem proinde omnibus. Voluntas sola imminutis, sola ingenua, libera, arbitrari potis, &c, qua facie liber, induere cuncta. Quapropter hac differentia non venit à rebus non differentiis sibi: à voluntate potius ad utrumque indifferenti dilabitur, suōque potitura ūre & prīuilegio libendi. Decolorē sunt res, donec illas purpuret, & illustrer affectus: insipida ex se sunt, donec voluntas saliat: iuxta huius condimentum, aut dulcescent, aut acerbabunt. Dicebatur olim ignis, optimum condimentum: igni enim omnia condūntur. Idem voluntati v̄surpo: ipsa est pulmentum, ipsa condimentum rerum: propt̄ obſonauerit, sapient: ipsius fiet ærumnæ ſalfamentum: ab ipsa erit abſinchiūm delibutum melle: ipsa, si perspergat aloci, ſaccharum amarrefcit: iuxta taxationem ſuam, p̄tium omnium eft.

Cap. 21.

Quid ſollicitamur de rebus ex ſe ſterilibus? Cur h̄e: emis illis, & amplectimur, velut hederæ, ſixa duriflma, haud conſtanter vernaturi? Viorem hederæ, non cupes, ſed humor proprius alit. Cito tamen noſtrum exſiccatur gaudium, quod ē noſtro nutritre nolumus: malumus de ſcopulis

ſcopulis exprimere, maiorum illam b̄re extirſeuſ. Non ſunt res fecunde lētitia, niſi aliunde adnafteatur: nec fertiles dolore, quantum vel integrata humus tribulos non neget. Ferax & puerpera gaudij dumtaxat voluntas eft. Ad ſumnum, res erunt obſterices: innant, non edunt. Cor eft, quod elucubrat lētitiam. Quid corpus, ſive potius animum cludimus, effugamique à paupertate & patientia, cùm hæc ſint conſecrata aſyla fortuna? Quid animam colludimus, pōnē diuitias, deliciāque mittentes, duplići danno, ineptis, deinde irritis votis? Aque inopie, atque opulentia, ſuccus & frons certa abeft, Aequales ſunt: nulla inter aequalia p̄ſtatio eft, minus elec̄io. Aque citò moratur gaudium in paupertatis casā, fortalle ſecuris, & certe libentius, ac in pretorio opulentia. Fortuitò ſtar, quod placeant hæc, & diſpiceant illa. Dolor, & mero non innascuntur rebus, non ſunt indigena regione in iſta extranea. Vagi obertant, nec vt viatores, in incertum vadunt: non eunt, ſed luſtrant: pariter diuerſantur in turgiolo inopis, & in aula locupletis: vbi nox occurrit, ibi conſilunt, mane diſcedunt: peregrini v̄bique return. Nulli rei concatenatem eft gaudium: nulla compes lētitia. Solum cor noſtrum potest felicitatem in vincula coniucere. E nulla re exul dolor, nec triftitia proſcribitur. Quia infania eft, velut in aliquod certum pergere, quaſi ſituros gaudium, vbi ſolū certum eft, poſle mero rem p̄ſtſe, & eſſe incertum, alter utrum prius.

prilis incurfaturum? Quis, vt emat panes, ad confraternam vadit? aut, vt emat vestem, ad cauponam? Et què delinquit, qui gaudium in rebus vestigat, quod ex se non habent, nisi ex fortuita voluntatis occurratione. Quàm demens eset, qui immensus metiretur Oceanum, transfilaret regna, requireret non vrbes, sed Orbēs, sine laboris inducīs quæstūrus, quod domi fernabat? Procul quæritus, quod propè habemus: per alias ianuas mendicamus stipem eius, quod in manu nostra comprehendimus, quod nobis dare licet. Cur per ambages, & Syrtes persequimur, quod in nobis compendiosè later? quod per sonum sequitur, non res? Magna haec felicitas felicitatis verz, quod personalis sit, non realis, nec pereuntium appendix rerum. Custoditum est gaudium in corde nostro.

Cap. 22.

Hunc unionem non decet, nec capit alia theca, nisi animus: omnes tamen velut rem perditam inquirunt: transuertunt Orbem, vt in illum incident; peruerunt omnia; evertunt se. Quid tanti inueniri posset, vt compensaret ruinam sui? Quantò plus est collabi animo, quàm corpore? corrue mente, quàm pede? Dum gaudium querunt, perdunt gauiulos. Quandoque obtingit, vt eius, quod in manu habemus, oblixi, queramus. Interdum, quia nimis custodita est gemma, amissam putamus: fatigamur, vt ihu- niamus: nulla magis molesta, nec irrita diligentia: conscientia enim impossibilis iacturæ obtorquet, dum folicitiores agit: cùmque ibi, vbi quæritur,

ritur, impossibile sit esse, quia seruata alibi est, diuturnior & desperata inquisitio plus deuexat. Ita nos trāquillitatem, & gaudium, quod in manu nostra habemus, quod in pectore custoditur, dum per extera querimus, interne amittimus, callo inquisitionis conatu, certo cruciatu. Idem nobis eucnire video, quod Ægyptiis. Apis, Deum suum, quem secum habebant, encabant in Sacerdotum fonte, rufius factio quæsturi, lucreti alium adorandum bouem: laceratis enim veste & crinibus, occisum à se plangebant: deinde lugubri habitu, flebilibus oculis circumcurvabant, vt alium inuenient. Ita nos gaudium domesticum, imò precordiale extinguiます; mox mœsti, & lugubres eximus ad querendum. Felicitatem, quam adoramus, domi seruare possumus: (quisque sua letitia patria, & pater est:) afflicti tamen, & tristes perquirimus exterius.

Experimur perfidiam lætitiae promissæ ab iis Cap. 23. circumforaneis; & tamen non dilēmus experientia. Solius fortunæ ræde, hebēque periculum est. Cum totiens nostrum naufragetur gaudiū fortunæ fluctibus, iterum pelago nos damus quæsturi nouum: cum paululum sed tam videmus, fictam putamus. Quid mirum, si satiata eufu irrequieto, cùm per humanas res,

Ceu flamma per iadas, vel Eurus

Per Siculas equitauit undas,

aliquando quiescat: est, vt recreata recessat. Pausam fortunæ ex lassitudine potius, quàm ex fide putare tutius est. Improbè (dixit probe

Syrus)

Syrus) Neptunum accusat , qui iterum naufragium facit. Improbè dico , fortunam damnat , qui bis luget infortunium. Siculus quidam mercator , cum ficos veleret , fecit naufragium: postea sedens in littore , placidum pelagus conspiciens , ad illud inquit: Nouti , quid velis. hiscos vis. Vrbanè dixit , prudentius fecit : noluit se rursus fluebibus confidere. Oporteret iocari pariter , sed disfide fortunæ non calumniari illam , sed nos accusare. Qui fructus , & remedium famis quereret ab vino , non istam , sed se accuset. Nemo prodiger , quod mendicat. Nemo potest dare , quod non habet. Debet petere ab habente. Si non habent res gaudium , stultum est , illas flagitare importuno voto. Non itaque rex nostri angoris sunt , quas absque iure criminamur. Ipsæ innocentes à damnis nos vexantibus : ipsæ illiberales bonorum , quibus perfruimur. Non valent benefacere , nec sciunt nocere , satis licet in hoc benefica; præterea ineptæ , nisi nostra erudit , opemque ferat voluntas , nosve prodat. Nec gratiam merentur , nec bilem. Nihil dare possunt , quod sibi cor non præcipiat.

Cap. 24. Nihilominus nostras illis imputamus molestias , & contra omne culpamus fas. Sumus ut scelestissimi , quorum nequitia , non ut communis & vulgaris , excusatione augetur ; sed accusatio geminatur. Pattrant ipsi facinus , cuius , ut se dissimilarent reos , insimulatores se faciunt. Accusant , imponuntque insonti vicino , quod ipsi commisere. Ita insimulamus res eius criminis ,

33
minis , quod nos tenet. Quæ culpa tabulæ est , si piector vultum imaginis obliquet , & errer : Crimen istud artis est , & imperita manus. Nulla obliquitas , nulla iniuria est vita , cuius non sit teus amor vite. Nullum malum contra voluntatem accidit , cuius non sit auctor voluntas , non complex modò. Nostrum est ingulamur gladio , dirrigendo in fortunam. Crimen nostrum est , theriacen calamitatum corrumpere in virtutis felicitatis. Sola voluntas sors est , cetera innoxia , in modo inde indulgent. Iam innocentia pro beneficentia est : vnde laevigate sunt , & rotunda : nec unde gaudium eminet potius , quam incisor. Non ita est , vt putauit Epicetus , duplice omnia exornariantur ; vna delectationis , tolerabili , & leui ; alia doloris , importabili , & graui ; & propter ab alterutra comprehendenterentur , aut latari nos , aut tristari : melius diceret , duo esse voluntati brachia ; res sine obice sunt , & æquabiles ,) vnum , quo grauescunt , quæcumque contigerint ; alterum , quo allegerantur : illud architecturam lorem hoc fabricat latitiam. Non sunt in rebus duo manabia , sunt due in voluntate manus : una faciem , alia aqualem gestat. Dixerim de illis:

Ta ἀπὸ οὐδὲν τοπεῖς δοια χρῆστι , τὸ δὲ τέτταντα. Alia corpens , & inauspicata ; alia habilis , & tam perfida , ut illinc etiam corripiens , unde videntur fiducare & adire res , calleat indemnisi alienare : atque ex iis , quæ alii sunt instrumenta torquendi , extorquet alacritatem. Quidquid con-

C tigerit,

tigerit, transformat in gaudium. Maior hæc gratia, quam Midæ, cuius digiti fodinae erant auris; cuius palma, India, aut Arabia aliqua. Non minus manualis est lætitia, manum habet voluntas convertendi omnia, si non in aurum, in id, quod auro non emitur. Ipsa est sibi felix Arabia, ipsa India, ipsa aurifodina, & vena locupletis pacis, non indigæ rebus lætitia.

Cap. 25.

Ad hæc, ex nuntio falso acquisitæ hæreditatis, ex opinione mendacæ diuitiarum etiam injuriosissima delectamur. Non ergo nos delestant res, non hæreditas, non diuitiae, quæ tunc abescent. At, si feducatio alterius tanti foret, ut nos exhilararet, cur ratio propria, & cognitio veri tantidem non erit? Valeat resipientia, quod insipientia possit sapientia, quod ignorancia. Facile est seductio gaudere, quod fidem adulacioni prodigant: ad ea enim, quæ pro nostro dicuntur gusto propensi suadentur, nec alium magis veritatis testem, & vadem expectamus, nisi commodum. Ex hoc iam gaudere poteras, aut credere nuntianti ditissimum fundum, tibi esse te ipsum. Falsas diuitias, & falso annuntiantibus credimus, & exultamus: gaudemus falso tem, hac opinione vera opulentem.

vera. Demus quod falsa sit: fide
digna est, quia utilior, quia
percommoda.



PRO

PROLEPSIS III.

Quisque sufficit lætitia.

Quidquid igitur fortunæ, felicitatisque pol- Cap. 26.
lider nomen, voce & aure tenus illo de-
funicitur. Faciem boni si obtendat, est ad securi-
tatem, &c., vt sic dixerim, fortunam infortunij,
sub persona aliena prouisi, & felicissimi. Nemo
hostilius vulnerat, quam amabilis manu: nemo
magis sine pietatis specie, quam qui sine suspi-
cionis: ferit sine timore is, de quo non timetur:

Ira, qua teguntur, noget:

Profecta perducit odia, vindicta locum.
Non aliae infideli perniciose fuit, quam secu-
ritatis. Diuitiae, honores, voluptates, infidile cal-
amitatis, velamenta malitiae, latebræ, & pro-
pugnacula misericordiæ, unde grastatur auspiciatus,
ininstut felicitatis titulum usurparunt, eò magis
alienum, quod nihil infelicius sit, quam vide-
re felicem, & non esse. Hoc ipso, quo persuadent
felicitatem, iurant non esse. Iis tamen
fidem damus, non minus insanii, quam si dicent
se esse mutum, crederemus. Quis crederet ver-
beranti, non lacerare, sed delinire? Quam tran-
quillitatem, quæ beatitatis, sine basis est, sine
coronis, dabunt diuitiae, semina currum, ma-
trices timorum illecebra discriminum, officina
fortune fructus? Ferè potius, qui nullas habet
diuitias, in numerato felicitatem habet. Quo-

C 2 modo

modo arcum numinis aggrauans alleuiabit cor? Honores, ac voluptates, qua arte pacabunt voluntatem, si irritant? Honos non implet animum, sed inflat, & spatium ambitioni laxat: & denique, ut egregie Georgius Pisides:

Ruina est felicitas spu-
rie glorie: sed sapienti omni-
nis terra est prima suis felici-
tia: communis enim est terra ad nos, & ad
tumbas.

Tο ταρπεν μετοχημα τη πολι την ελευθεριαν.
Το δια εργατη τασσε γη προσδρια.
Κοινη γη ει γη πρεπει θρησκευη τη, και τη πολη.
Voluptas potius obruit appetitum, quam satia-bit. Res & substantia felicitatis, non aliis organis conficitur, quam voluntate secum coaptata. Qualis amor, & affectuum vius, talis fortuna. Huius monumenti simulacrum coluit Achaei, fortuna amplexante amorem. Optima felicitas est factitia propria manu. Hoc opus eius conditionis est, ut nulli satisficiat, si aliena elaboretur dextera, nisi amor cuiusque excudat. Propterea gubernatur cor, imperatur fortuna.

Cap. 27.

Cuique sua magis placent: & quod magis pro-pria placidiora; eò magis cuiusque sunt propria, qua facit. Nemo noui affectus erga ea, qua efficit. Ea opera magis a se facta habet, quò minus aliis ad faciendum habet opus. Si ergo, quod summopere nobis placet, est felicitas, proprium cuiusque debet esse, & opus cuiusque folius, nec indigum aliena pereuntium rerum opera, aut materia. Solum igitur gaudijs auctori, qui que sibi sufficiet, non diuitiae, que nostræ non sunt, nec opus nostrum, sed fortuna. Procul sunt, ut eas opus habeamus, cum nos alienent. Eadem voluptatum iniuria est: ambæ præterunt consilia

lia

lia nature, in contrarium deflecentes. Ad corporis vsum exteriora dedit; ipsum corpus in seru-tum anime; ipsam animam in obsequium Dei. Hunc sanctissimum ordinem abrogat unaquaque inordinatio anime: voluptatum affectio subigit animam corpori. Scelestior est, amor diuitiarum, qui utrumque tertio prodit; & animam, & corpus vili tradit metallo, & iis, quæ extra nos sunt. Si alienant nos, quomodo vivi ante gloriam felicitatis rei propriei? Illi, qui alicius est, nihil proprium remaneat. In hoc non tantum refutatur hæc spuria fortuna, sed iam excluditur a societate, & amore nummi, legitima & vera; priuatum, scilicet cuiusque bonum & do-num, pax. Non potest sibi aliquid dare, qui se non retinet. Quid de honoribus dicam, praeterquam alienissimi sunt, & nos alienant? Alienissimi sunt: quia minus possunt esse opus nostrum, quam voluptas, & diuitiae. Voluptatem sine operatione nostra non cupimus diuitias sine operatione alterius seruamus: at honos non est opus nostrum, sed est alterius. Non est honoratus opus, sed honorantis: hoc ipso alienissimus, & quia non noster, & quia alterius. Satis hæc repulsa, ut delenant e censu felicitatis, quæ opus cuiusque est. Alienant quoque nos, dum nostros nos faciunt, non Dei: (nec enim sua mentis, id est, sanz est, qui non sit, & pareat diuinæ.) Scientissimum, scilicet rerum methodum in car-dine corrumpunt.

Pro amotis itaque gubernaculo adnauigat Cap. 28.

C 3 fortuna,

fortuna , sine diuitiarum , & exteriorum armamentis . Quisque secum vehit expeditam gaudij officinam . Deus , & homo , solitarij satis sunt : quisque sufficit sibi : cuique , inquam , sufficit , quod suum est . Vnum puto ex omnibus felicem , qui in se vno ponit omnia . Nihil se amissis respondit Scilico restituenti Demetrio , quidquid ablatum fuisse militari iniuria , cum Megara cepisset . Digna Christiano vos : sed neque indigna eius , qui conditionem splendidam , muneraque Ptolomei recusavit , qui ingentiam interperantiam domuit . Cum gula & vinositate fortissimis exercent animum pugilibus , fortem illum Virum natura commisit , ad experientum virtutis : sed eos non debilitatem modò , sed vicit ; sed delectus sine vestigio , ad monumentum victoriae . Totus regius Philosophus Prienensis , cum capta patria , onusserum suarum sarcinis vniuersi fugerent , nihil suffulit : rogatus causam : Omnia mica , inquit , mecum porto . Nouerat rem portatam , fine onere tamen , felicitatem esse . Ille alter , Ariistippus aliquis , post naufragium nudus , venit locuples Rhodum , ceteris iacturam suam lamentantibus , ipse alacris : quia ex fluctibus detulerat sua omnia , dum se . Adde , in ipso naufragio , velut in arido , sapiens sat , conitatis . Peccatum secum portat , securum portum , non modò maris , sed etiam in terra , procellosse fortinæ . Itula laus Chariberti Regis à sancto viro Venantio :

Qui portum in proprio peccatore semper habet ,
Temp. Ter

Tempaffas malo penetrat tua corda tumidum .
Ne sensuitubes , anchora mentis adeſt .

In Neptuni vlnis iactatus , si tranquillo corde , omnia in littus misit . Rectum cor omnia seruat , qua seruanda sunt ; nimurum , qua seruari oportet , & scruta sufficiunt aduersus pericula terræ , aduersus minas celi , aduersus furias inferorum . Non aliis armis , quam exercitis animi , audax , nisi arrogans , Epicetus provocauit fortunam : O Iupiter , inquit , plue calamitates : flatiem meam seruabo , non amittam bona mea , non pacem . Plue labores , plue pericula , plue dolores , plue ignominias , plue inopiam ; nec importunitas laborum , nec timor discriminis , nec lenitus cruciatuum , nec pudor opprobrii , nec incommoda paupertatis incommodabunt me , non obruent gaudium , non turbabunt quietem domesticam cordi , non munitam modò , sed securam . Ipsa pace dimicatur fortissime . Omnia prælia vitæ vincit . Nihil ita aduersus fortunam , atque pax præliatur animi . Non iacundia opus est ; sed leto , blando , iusto tamen amoris modo .

Maiorem fiduciam pacis , & amoris ordinati , nobis præstet exemplum , & disciplina Pauli , sola amoris ordinatione armati , & nedum provocantis , sed iactantis , & certi , quid neque mors , neque vita , neque Angeli , neque Principatus , neque Virtutes , neque instantia , neque futura , neque altitudo , neque profundum , neque creatura alia posset illum sua dimouere à voluntate , suo separare ab amore , quem separauerat à se .

B 4 paribili

parabilibus. Non exiguae fortis, non exiguae tutus erat, qui parum, & contemptibile duxit, certamina tribulationis, angustiae, famis, nuditatis, periculi, perfecutionis, gladij: aduersus maiora audebat. Valentiores armulos contemnens, non vim modo terrenam, & haec vulgaria fulmina fortunae, inopiam, discrimina, dolores, calamitas, super celestes copias, & Spirituum exercitus unus solus fidentissime præsumebat. Quo gladio quo clypeo? nisi voluntatis charitate, & pace ordinata? O quanta vis pacis! o quanta vis inermium potuit esse! Refusit fortunam, mundo resistit Cælo. Parum hoc: neque creaturam aliam dixit posse separare. Fortasse meminerat infirmarum, ignobiliumve creaturarum? Angelos, Principatus, Virtutes, Celi robur, ac decus memorauit. Cur aliam creaturam lacessit, nouam provocat, creandam valentiorum desiderat? Adeo super omnia est animus rite, & apte amantis, ut id, quod non est, lacessat; cum id, quod sit, iam vicerit. Macedonis ardor solum votis minor: victoriis enim & isto mundo maior, nos expertiuit. Ita Paulus non aliis ordinibus, & phalangibus, quam sua ordinatione voluntatis, & fruitione amoris, parem æminum non agnoscens mundum, ultra mundum meditabatur: tam sufficere sibi valet, valens communione Deo animus, ut solus superfluat cunctis, que sunt, & que efficiuntur, que sunt, & que non sunt; illis, que sunt, & que possent esse; illo, & alio mundo, id est, duplii maior. Secum locuples,

locuples, & pollens, discipulus Diuinitatis. Nulli Deo thesauri sunt: omnia bona secum Cap. 32. habet, ipse est. Nullus sine felicitatis apparatus, nisi ipse. Frugalis beatitas est, & sine sumpta. Vitum quamobrem rerum contemptorem se contentum folo, de felicitate cum ipso Deo contendere Philolophi iactarunt: quia vterque sufficeret sibi. Gestio mirabilius dicere: Deus sufficit sibi: sed non supereft. Totum, quod est, necessarium sibi est. Ita tamen homo sibi (cum Deo tamen) sufficit, vt abundans sibi, & perpetuacaneum sic fete dimidium sui: sufficit animus, superfluit corpus: adeo locupletes, affluentisque ipsa nos natura fecit. Non totum quod dedit, non totus homo requiritur gaudio hominis. De se supereft, vt sit superior rebus, vt sit latus, felix. Postquam det portiones sui, manebit cum omnibus suis æquè diues, ac anteā: adeo promissum & exemptum homini licet gaudium, non fortuna modo donis, sed suis artibus; non immune modo exterioribus, sed innatis. Proscindatur manus, amputetur pes, relēctetur brachium, eruantur oculi: amputata dextera, scissa tibia, lesto armo, effuso lumine, poterit gaudere, retinere quietem sui, integrum virum esse. Integratit nostræ non requiruntur partes. Superfluent artus, manus, pedes, brachia, oculi, & quidquid nobis deesse potest, non decet letitiae. Impertinens est gaudio, quod pertinet ad casum. Quidquid nobis excidere potest, non est, cur in casu nostrorum scribatur

bonorum : semper enim , ait sanctus Prosper,
Indemnis proprium seruat sapientia censem.

Nihil vilquam mutuū accepit . Supremum for-
tunae gradum posuit Automedon , nihil debere.
Vere quidem , si creditor fortuna ipsa suillet.
Puto cum , qui omnia fortuna debet , etiam si
omnia possideat , in imo gradu felicitatis iacere.
Nihil aut minimum fortuna habet , qui omnia
ab illa habet . Sine alienis felix rebus esse poterit,
cum possit sine le toto .

Cap. 31.

Dicat Antipater Cyrenaicus , quid defuit il-
li , licet defuissent oculi ? Anne & nocturnum nul-
lum gaudium potest esse ? Ipse orbitatem suam
collacrymantem , aut solatus est , aut locatus , quod
triflarentur , fierentque oculis sanis , & nihil sibi
exoculato deesset letitiae . Pardulphus noſter ,
parentibus , amicisq[ue] dolentibus cœpitatem
suam , ipſe ſolus gaudebat . Noluit , cum poſſet ,
imperare ſibi viuum , cum dare alii : illumina-
bat cœcos ipſe cœcus : ſubleuabat miferiam alie-
nam , ſeruabat letitiam propriam . Dicat Epicte-
tus , num dederat pedem validum , quominus
celo amicus inuidetur , aut coleretur ? Præstat
voluptas ſedens & quieta , quam ita fugaces ,
pemiciores , & pernicioſiores quadripedibus ; &
quod peius eſt , peiores , brutiores . Mutius non
egebat dextera , vt ſue glorie fructum carperet .
Sponte venit ad bonos letitia : non opus eſt arri-
pi . Scruolæ quoque laudem abſtulit Barlaam
rufiſcus inexcuso thure , exiſta dextera , immo-
ta , quia & inconcuso pectore . Potuit & fine

manu

manu rapere gloriam Dei ; quid mirum , si Ro-
manam Attentissimum calum atpeſit ſacrificium
illud nolentis ſacrificeare : & cum arden-
tibus ſuis vidifer oculis , inuidet ardentis ma-
nui . Anne Antigonus collido naſo , Philippus
oblæſo crure , Philopemenes fine ventre , nun-
quam riſere : aut Zeno ſcreata lingua ſemel in-
getuit . Anne æterna miferia ſe damnavit
Ammonius precia auricula ? Anne Agatha fine
letitia , quia fine vbera , muliebri decore , ſupel-
lectili ſobolis , penu infantia ? Dicat ſanctiffimus
Damasus :

*Fortior haec trucib[us]que viris ,
Expofuit ſua membra flagris :
Peltore quam fuerit valido ,
Torta mammilla docet paulo ,
Delicia cui carcer erat .*

Non extra ostium carceris exulat vita beata .
Vbiique capitur in omni anguſtia lata . Si licet
in mundo letari , licet in carcere . Mundus car-
cer eſt , ex quo ad caſtam dicendam ſui ſingu-
lis diebus enocantur rei : quod autem meus car-
cer , magnus ille Vir Monis dicebat , aliorum
Principum carcere ſit minor , beneſci loco ha-
beo , cum ē malis minimum ſit eligendum .
Quid hunc , vel illum artum diuido ? Diuellam
cunctos , & corpus ſi alienum fit , omnia ſua ani-
mus habet . Seruiebat Barbato Paulinus , ſeruie-
bat venditus Serapion , nullum membrum arbit-
rio ſuo ſtabat : ſtabat tamen animus , conſitabat
gaudium .

Et,

Et , ne limitatum sit viri prīuilegium , non modo absque artibus contentaneis nature : sed , quod plas est , si repugnantibus constaret , secumque emilia , genuinaq[ue] tormenta gestaret , &c , vt de illo verius Charidemus Cynici Chrysolomni dixisset , ex tortoribus compositum hominem : nec tantum , ξυρητίσας δικαῖος εἰς ἀντόνος πάτερα βασανίσας , λύγος τιμωροῦσας &c . sed tot sacrifices habere , quot articulos , adhuc non prīualerent obtruire gaudium . Summis ille partibus delectationis , Epicurus , in summo die vita , quem beatum dixit , atrociissimis viscerum , & vesicæ doloribus iniialis , velut offensis , & in vindictam , inuidiamque defensa voluptatis graffantibus , cum his omnibus animi laetiam compensabat , vt Hernaeo testatus est . Docuerat & ipse Metrodorum , sive cruciem , sive excrucietur , sapientem nihilominus felicem fore . Potest inter corporis crucianis enatare alacritas mentis , & fluctus , qualiteroque fortunæ misera spumare laetitiam . Egregie Speusippus , cruxibus resolutus , monenti Diogeni , vt le ipsum eriperet molesta vita , respondit : Non cruxibus viuimus ; sed mente . Eius rei est beatè vivere , cuius & viuere . Anima viuimus , & anima beatè viuimus , si benè . Sufficit felici vita , quidquid sufficit vita . Tunc cùm minus in corpore occupatur , magis in Capitolio suo mente , augustinus , placidiusque recepta viuit . Illuc colligitur vita , ubi præstantissima est ; nec per futile spargitur voluptates , nec dissipatur

patur per fenus . Vnita vita viuacior est , vt vis coniuncta efficacior . Libenter has mīceo Philosophorum memorias , vt pudor nobis sit non facere , quæ Ethnici , non est opus dicere , fecerit ; sed , quæ dixeré . Pleraque adulterinæ virtutis sunt , fateor : hoc tamē ipso nos arguet patientia vitij negligenter , inertes , cùm fauorem contemnamus gratia . Quod in illis potuit malitia ; si mitius sentire volumus , ratio cur in nobis non poterit virtus , & Deus ?

Nunc spectemus & nostros Mirogenes sanus Cap. 33. morbo , contentuque corporis se totum contineat lue , vota addidit : commiserantes monebat , non corporis valetudinem sibi optare , non postulare precibus , sed animi . Aiebat : Deum orare , vt in hac infirmitate diutius durem . Adeò animus vigebat corrupto corpore . Quid iam egeret , qui nec corpore toto egehat : Non mirum , omnia munera Eufochij refutasse . Superuacua exteriora duxit , qui sibi superflous fuit . Barnabas Anachoreta stimulum infixum noluit ertere , putridoque pede gratulabatur sibi . Respondebat admirantibus : Quantò magis homo exterior patitur , tanto magis interior viret . Lacturam pedis lucrum fecit animi . Dolor pretium , aut vadimonium laetitiae fuit . Permissit vero se Medicis , sed , quia tantundem fuit , ac laniatoribus . Stephanus Libys phagedena horribili lue corruptus , & ferè in dimidio sui cadaver ante mortem , quo ad vsum membrorum , & factorem non quoad sensum , qui solam vitæ fecit fidem ; patientia sua superna

superiuiebat. Grandior natura Vir , grandior omni fide constantia & securitas , cuius non obstant admirationi miracula gratiae. Interius dum curabatur , (honeste hoc dico , nam dilacerabatur,) non celabat a penso , & opera diurna. Iam ab Viro tam aduersario otij magnum quid sperabas ? Torpemne : Vtique non actionis , sed passionis actus fuit labore ; obtorpuit dolori manibus operabatur , & palmæ folia contexebat : assibiliter adstantes alloquebatur : tam aberat à gemitu , quam ab otio. Testes oculati sunt Ammonius , & Euagnus , quos non allocutus modò interea fuit , sed solatus . Reliquum corpus commitebat Chirurgo , impia manu membra rescentiis plene minus , quam si alter secaretur , affectus , nec compassionem habuit. Poterat , si non fui , presentium habere , qui loco fui , fani , integri que patiebantur delicatissimo membro , corde , sectionem alienam : ille tamen fuit tormenti immemor , nisi à compatribus admoneretur pati : ad perfunctorie dolebat. Quid , inquam , dolebat ? Cum tulisset ab scissionem artuum immutabilis , tanquam si vestes scinderentur , aut insensiles pili , qui coram aderant , lugebant dilationem : ipse minus , quam tonitrum putauit , sua non impeditus opera in tanto opere carnificum. Quomodo , quod non turbauit manus , & linguam , turbaret peccatum ? Satiatum erat gaudio , vt in alios eructaret solatio. Quam dominus doloris fuit , qui licentiam dolendi præ se alii negauit? Nescio an magnus , an multus Vir fuerit ,

qui

qui & agere , & loqui , & pati , omnia vita munia potuit. Magnum eis , sumul potuisse : sed admirabile , quod bene ; incredibile , quod pati optime ; & cum loqueretur bene , ageret in eius , & id patientio , vbi non habent dicta fidem , opera tempus. Maior fuit Stephani laus , quam in religiosissimo Honorato , vt summam , intonuit fanthus Tao:

Vita fuit melior lingua ; sed lingua modesta.

Solatus est alios , cum miraculum esset non queri. Laborauit , id est , vixit bene , cum sufficeret non male mori. Fecit vltro nouum , cum stupendum fuit , necessarium labore pati. Attendit , egitur pluri , cum vix credibile esset , se solum ferre. Perfuctorium quid se habuit , laborem , officium. Parergon operantem duxit , sed operam , opus ipsum. Adeo se neglexit , adeo quod à se dilexit. Exhibeo & mollissimum , timidiisque sexum , constancem , fortem , licet exercitis , non ære modò , non cute tantum , sed carne , lanctam virginem Spem , ipso nomine inaugurata gaudio , & celo. Vnäviuens , ne dicam , cadauer fuit , sed skeletus carnis demutata. Sine membris , nisi cum membrorum medullis , ossibus constabat , & , quod mireris , constans. Non potuit palinodium extorquere Antiochus inauditæ Stoicis , Cynicis , Gymnosophistis , patientie iæctatoribus , Paradoxi : *Nihil incertius quam pati verissime cum pro Deo , & cum Deo. Tunc primum viâ Spes intrare calum , & manere. Quin & regnum Dei hæreditatem posthumam*

(nullo)

(nullo nisi hærede, extincto) possedit ante mortem: cum, scilicet, mortalis fuit, non mortua. Caro, & sanguis regnum Dei non possident: sed, quia Spes sine carne, & sine sanguine, quid impedit possidere? Hæreditauit vita regnum Dei, cuius possessionis titulus, mors est; seu potius possidela est à regno Dei, & mortuorum citio, hæreditata à vita æterna. Argute a Iustinius Neapolitanus: Ελαφροποίησεν τὸ διατύπωσιν· ελαφροποίησεν τὸ ζεν. Dicit & διελέγοντο σύρκε, οὐδὲ τὰ βαττιάσια τῷ θεόν. Quid reliquum est, quod contra constantiam stet, & animi tentet arma? Mortisne, mutilatio magna hominis, id est, dimidij, totius, scilicet, corporis? Ridicule minæ non magis molestiam facient, quam eum, qui cubitum eat, si adiutus exui.

PROLEPSIS IV.

Gaudium factitium est.

Cap. 34.

IAm siquidem propriè actum nobiscum: rebus enim non est confisum gaudium. Frugalis apparatus, non modo corporis nudi vestibus, sed membris, immo animi ferè nudi corpore, sat is est. Reliquum erit persequi delectabilis huius artificij modum. Lacet in nobis tanta operæ organum pretiosum; dicam, pretiosius mundo. Vilet tamen, quia torpet, aut vacat, quod soluta

lum negotiorum erat. Reliqua, cùm vacent, & superfluant nobis, exerceamus, & ad officia lætitiae virginis in calsum: cur illud vnum, quod necessarium est, libertatem voluntatis, otiani patimur? Quantu[m] putabis eis: posse vele, quæ libeant? Tanti, ac posse, quæcumque libeant. Tanti est libertas ad amandam, quanti potentia in amatam rem. Per illam fit homo sua arbiter lætitiae, & pacis. Licer fingere felicitatem pro libertate: alioquin precaria fortuna, profectum est infortunii. Non est quid dominans & violentum, gaudium, aut moror vita: affectus sunt voluntatis, quæ, cùm libera sit, liberum est, quibus velit, gaudere. Vbi non erit liberum lætari, si in ipsa calce fortunæ, in falso mortis, in face inuidia, in omni miseria apparatu liberum est etiam sevis gaudere? Barbarus ille, (excidit aliud nomen, non potuit excidere gloria,) Hispanus ille obtruncator A'dubalis, domini vltor, possumus (rara avis) fide, qui tecum nomen immortale sine nomine, comprehensus, inter cruciatos ipsos risu exultabat, quasi ensifler: ridebat patiens, quod deflebant videntes, quod inuidentes, atque amenitatem frontis toruitem fæcundum tererunt. Conditione serius erat, opportunitate moribundus, loco odiosus, modo excruciatus, & tamen laetus, etiam sine voce; & tamen ridens, etiam sine parasito; nisi fallar, carnisfæcias scuras habuit; tormenta excitabant cachinnum; calamitæ erant facetiae. Si vicit libertas fertu[m] violentiæ tormentorum, & in ipsis armis calamitatis

tatis gaudium suum potuit collocare , que violencia , quod telum fortunae valebit intermittere , si fortiter nolimus : Adiungo regiam seruili conditioni . Gelimeres , Vandalorum Rex , vietus , vincitique cum coniuge , cum liberis , cum familia , licentiam gaudendi habuit , & fortasse numquam maiorem libertatem letitia , sine modestia . Ducebat a Iustiniano in triumpho eachinanti tanen , & licenti diffiebat riu . Purabatur alienatus mente p[er] dolore saeuentis fortuna : sanum tamen ille se ostendit . Rideo , inquit , fortune vicissitudines , ut qui modo Rex fuerim , iam seruam . Negotium desperatum habet , fortuna , si ridicula es , in quem tam serio irata fuisti . Quid prelum posse inueni compellere , si tu[er] artes , & vires tuui sunt ? Non solum , cum arrides , ridere facis ; facis , & cum excandes . Feedus , & immodestus , furentem gestus facilius eachinnum mouent , quam ferena facies . Iam , si de cruciatis , de infelicitate licet latari , cur non saltrem cum illis ?

Cap. 35.

Quid , queso , maius esset ; libertas amandi , ab omnimandive quacunque ; an potentia efficiendi , fruendique quaecunque amares , aut cuperes ? Si volenti sumptuosum , & insanum prætorium habitare , hoc ipso enaseretur superba moles , construerentur iponte magnifica aedificia , cælatis fulta columnis , marmoreis distincta atris , tesselatis capacia cubilibus , bracteatis compta parietibus , ut votum esset , & exemplar , & artifex : si conspatiari libuisset per amoenissi-

mos

mos hortos , Thessala . Tempe , subito parturient tibi humaus Paradisos , & Elysia arua : si libeat liberalem esse , repente Lydij thefauti , lateres Croci , terram pondere suu fatigarente pro te : & sic in reliquis cupiditatem superaret facultas , desideria eventus : omnem istam perniciem potentiam , hanc Mercurij virgam vinct libertas amandi ; nec desiderat voluntas suu tranquillitati , & gaudio prætoria , Paradilos gazas : melior fibi virgula diuina est : omnia haberet , si nolivit usfructus utriusque est idem , non cruciari , & pax animi . Habita virga illa , caduceus pacificans . Vere dictum de Christo , qui omnia contemnebat docuit :

Πτερωτὴ πέδικη Ερυλίον , χρυσίλια καὶ αργιλέτο παράδει.

Priuatis
Mercurium
alatis talaris-
bus , & aurea
virga .

Virgam virtutis ipse emisit ex Sion . Minori pingore æquivalens pretium continet , qui contemnit ; & comprehendit illis commodis perfundit , sine strepitu , sine iniuria ; tacita quadam , pacifica , subita , & felici , ut sic dixerim , felicitate . Angusta iactatio fuit illa Seueri : Omnia fui . Omnia sum , dicat Vir . Omnia est , cui nihil debet . Sed recte adiecit ille : Omnia fui , & nihil expedit . Oppositum dicas : Omnia sum , & omnino expediat . Hippias , nobilis Sophista , cum venit certamine Olympico Pisam , nihil eorum , que secum tulerat , aut emitat , aut acceperit : omnia ipse sibi propriis parauerat manibus , calceamenta , veltes , gestamina & ornamenta , quibus non indutus solum , sed splendidus fuit ; interalam , tu-

D 2 nicam.

niam, purpuramque domi fecerat, balteum Babylonica pictura variegatum colorarat, annulum manus circulauerat, palam clauferat, vniuersum scalperat: omnia sibi fuit, textor, aurifex, fector, faber, tutor, multiscausus artifex. Non est, quod inuidet animus tot artes: omnia penitus artificium voluntatis ipsa sibi mensam Solis apponit: omnia sibi non facit, sed dat: maior gratia, labor minor. Laus Hippae fuit nihil ab alio petuisse: sed negare non posset, à labore exorialis, à fortuna materiam, à natura tempus. Cito tamen sibi dat omnia (id est gratiosior) qui nolit. Sine elaboratione habet, in quo dūl laboratur efficiendo, angitur conferuando, timetur cauedo. Expertus hoc, qui fauore imperiali ab inopia ad summam opulentiam euectus, se querebatur insidiis sui Imperatoris fomo, & otio priuatum. Quid amplius habet, qui diutius, aut insidiis potitur, si utrisque vigilat? Quid exigeres ab ambitu ædium, ab arcenitate horrorum, ab affluentia diuitiarum, nisi gaudere? Hoc præstare potest voluntas sine tot administris, & cum immunitate curarum seruandi, possidendi, prouehendi. Petreuum enim amorem rerum quodam misterie dileminete, intercipit necessaria calamitas, sive optet, sive posse deat, sive donetur, sive multe ut votis. Verissime sanctus Prosper ait:

Sicut caret opertus, seu fruitus, miser est.

Nihil puto interest marcere timoribus, an desideris. Parum refevit, propinquet cicutæ aureo calice,

lice, an fictili. Eamden desideria carenti, timores fruenti, ministrant tristitiam. Quamobrem voluntas abitemia fortunæ, & rectæ, ocyus ad felicitatem venit suis irrita votis, quam prava compos: in dō illa sœpe, illa nunquam. Non semper est felix voluntas impleta, illam felicem puto, qua impleri non expectat.

Luctuam possessionis cum haber, valet ex Cap. 36. contemptu capere, si careat. Gaudium habendi cum amauerit, porest compensare non habendo, si fastidierit. Commutet vota, commutant gaudia. Facillimum est totius miseria remedium, mutatio cupiditatis. Transferat desiderium, & salua omnia sicut. Qua parte sicut fortuna, eludat desultroria libertate. Transfultando præstringemus miseriā, eludemus ludentem fortunam. Aequè licet hæc cupere, ac odisse: aequè licet gaudere obtinendo, & caretendo, pro prævio affectu. Licet liberum non sit habere, liberum est nolle: & perinde est possidere, ac non velle. Compendium cupiditatis supplet omne impendium, & prodigalitatem fortunæ; cuius cornucopia vberior est inopia amata. Leuius est non acquirere, quam amittere: facilius carere, & contemnere, quam consequi. Cur non eligimus, quod leuius, quod facilius, si magis securum, si non minus fortunatum? Semper manet semita aliqua, qua paci, atque gaudio patet. Si iter possidendi occcluditur, via contemnendi est regia, & expedita semper. Nucleum suauem, etiam sine putaminibus, accipies; cur non & latitudinem sine

*Silencium, si-
ue iniqui-
tatem.
Ad emm
progressio-
ne cognosci-
tur, immobi-
litatem.*

Cap. 37.

Non sine magno sacramento aposto-
licus, & celestis Vir, S. Iustus, cuius naemini d-
uinus Lucas, (vt puto cum Maximo, Monoth-
eitarum maximo triumphatore,) pacem Dei
ἀρθρούσις vocat, & ἡμῖν τάσσεται γραμματί-
bus quietis meta, pax est, & felicitas.

O quām citè, & quām pacifice, & sine copiis, po-
tes mundi, & rerum omnium potiri; imò prodig-
ere, si despicias! Nondum dimidium Orbis
adeptus fuit miles Macedo: si tu contemnis, do-
minus totius es, & renunciasti aliis, contentus
tibi liberalis reliquis. Munificentia tua, Orbis est.
Ad summum, regna dabit Alexander, non mun-
dos, quos non nisi in votis habuit, & lacrymis;
prīusque vidit Diogenem dominum omnium,
dominum mundi, quām se; & plus habuisse in-
nocenter,

nocenter, & sine carde, quām inhumanè ipse, &
tot cladibus. Quid post longam vñscaptionem fel-
icitatis, renūmque crebrum vñsum folēt haberi,
nisi fastidium, eriam iucundarum? Idem habet
ante felicitatem, qui contemnit. Perinde est con-
temnere, ac diu felicem fuisse: par exitus vñrobi-
que. Quot tacitos & maiores Alexandros libertas
sua facit, qui mundum despiciunt, & vicen-
dum concedunt aliis, id est, donant; nec digna
se munera eius putant: Superat in hoc (amula
virtutis) auaritia fortunam: plura vota illa ha-
bet, quām hæc dona. Nonne & superabit virtus
plura contemnens, quam fortuna iactat, quam
neget? Inuenio auaritiae est, post omnia posse
optare aliquid. Sunt cupiditates, ve numericæ nulla
est, post quam non sit alia. Idem hic mihi vide-
tur dicendum, quod argutè Seneca videns Nero-
nem occidentem plurimos, quotquot de impe-
rio cogitare existimabat. Dixit: Licit plurimos
occidas, attamen non potes succelere tuum oc-
cidere. Ita est: eti consequatur plurima cupidi-
tas, non potest ultimum consequi, post quod
non cupiat aliud. Virtus autem ingenium est,
post nihil habere omnia. Itaque libertas aman-
da, non possessio rei amatæ, radix letitiae est.
Multi plus gaudent, si non haberent, que ha-
bent; quām alij letarentur obtinendo: crucian-
tur optando.

Quid terum mutationem deploramus? De Cap. 38.
mus alicui fidam fortunam: importuna erit, &
molesta, & non credo placitaram. Ad naufragium

Samio tyranno fuit, qui solum viuis fortunę partus; ceteri priuighi, aut alium. Et tamē mutatos fauores, qui continuos, ægre tulit: doluit impotunam felicitatem voluit, aut reiicere, aut interpellare, abiecto preiōiore annuli pignore, (referuabantur odia polthuma:) non poruit. Volens perdidit, iniutus reperit. Vnus fuit, quem felicitas persequeretur, & inuaderet coram præter morem suum. Alioqui persequitur felices suos fortunas; sed cum fugit, aut ducit illos. Demus ita ad gustum cum aliquo actum, ut prosperitat̄ obligaretur: genus infelicitatis esset, alligatum felicitatem gestare, nec posse aliquando excutere. Hanc extraneam dico. Plures infelices se putarent, si necessarij futuri essent felices. Fuisserū miseri, si necessarij Reges. Maius igitur est bonum, libertas enipidatis, quam prosperitatis necessitas: magis enim fortunat, posse contemni fortunam, quam ipsa regna. Imperia multi recusarunt; alij, quia non potuerunt, miserrimos indicarunt; & hoc ipso fuerunt. Neminem fallit miseria: si putetur, est. Hoc ipso, quod falleris, verisimile misera eris. Quidni miseriā putarum feliciorē necessaria felicitate? Genitus exilium aeternum anteposuit regno. Gordianus purpuram, nisi coactus instantibus gladiis, noluit accipere. Secundum rerum malum putarū imperium, secundam post mortem, duxit secundam fortunam; inter purpuram, & necem dubius fuit. Quia miseria maior, quam vbi satum, & sceptrum de necessitate certant?

Dicam

Dicam iam non aliquem, qui recusavit regnum: sed, quod maius matrem, quae illud recutauit filio. Lubrani in Regnum Ternatense Aëzium puerum decennem claturi, à matre quæsierunt: remitt illa primum: deinde muliebris armis, lacrymis, precibus, mox robustius amplexbus, & viribus, & denique maluit occidi, quam filium Regem videre. Vna ē brachis matris erexit filius, & matti creptus præcipitio spiritus. Ad eō magnum, infortunium est necessitas fortune. Vice Philosophia barbara feminæ, Iau natione, ambitionem Romanæ Agrippina. Hec voto imperium filij, suæ præposuit vita: illa maluit mori, quam filium imperare. Gaudium sancto Patriarchæ Iacobo ex nuntio viuentis Iosephi temperatum fuit, vt illud sustinere viuis posset, quod simili annuntiaretur imperasse Ægypti. Nullam lætitiam hæc felicitas excitare potuit: sibi sufficere dixit, si adhuc Ioseph, filius suis, vineret. Non feruuit fortuna filij lætitiae patris: deservuit tamen vita, ne vita filij paricida esset, vt fuit in Romana feminæ. Timuit prudens senex forsan, mutatos in aula filij mortestimuit certius mutabiles fortunæ. Neutrum nuntium seorsim sustinere fortasse posset, aut gaudio, aut tristitia viclus: vtrunque sustinuit vicissim attemperatum.

Pluris igitur est libertas fortunæ, quam si in Cap. 40. te solum decoqueret illa totum patrimonium, & cum irretrahit repetendum negaret. Plura solum potest fortuna dare; voluntas fatis. Mat-

gnus interest discrimen inter plus, & satis habere: illud est lumen cupiditatis, istud limes. Semper in vestibulo cupiditatis est, qui cupit. Unde cumque incipitur, sine ultima. Ex quavis cupidine ingreditur auaritia, etiam ingredia. In corpore infinito quancumque partem aliqnes, aequi distabat a fine, ac priores. Undique medium est, nullibi extremum. Quodlibet punctum est centrum. In medio iacet. Vastissima, infinitaque moles fit desideriorum. Ex quolibet aequo distat terminus, qui nullus. In unoquoque auaritia in centro est suo. Unde cumque ambitio in prima est linea. Vbi terminus nullus est, torus est initium. Adeo singularis genij est cupiditas, ut eius terminus nullibi sit, & eius principium ubique. Post plura sunt alia; post alia, omnia; post omnia restant auaritiae vota; post satis, nullum. Diuino artificio fabricata est voluntas humana in ea una cuncta continentur, quia valet compensare omnia, valet superare. Peritia artis est, breui plura refumere, & in celeratione exigui unione exprimere ingentem figuram suis absolutam, suis magnam in paruo partibus, vt in Alexandri anulo. Maiori astutia elaborata voluntas, cum una sit, plus quam omnia comprehendit. Ipsa est compendium gaudiorum; sua tamen constantiam magnitudine, & numero. Nihil opus habet mutuare a fortuna, quod non intrus habeat; nihil deprecari, quod non queat eludere; cui miserabilior est vis, quam annulo Gygis; nec minus per eam ad regnum fortunae scandere licet,

quam

quam ad Lydium. Palam annuli si ad se conuerteret Gyges, inuincibilis fiebat, turpisque: si a se ad extrinsecos auerteret, rarus immunitatis prilegium amittebat omnibus patens, visibilis etiam insidentibus. Ita cupiditas, si in se reflectatur, quisque securus erit, inuincibilisque fortunae suis illum non attracturæ iaculis, locupletissimum assequetur regnum: at, si ad exteriora conuertatur, tunc scopus proponitur fortune, tunc conspicuus & euidentis rapidis exponitur telis. Adhuc incurruens & indemnis, miser erit solo timore miseris. Contra erit is, qui introuerse cupiditatis est: iam non sit aliud, de quo gaudeat, de securitate gaudebit, inter cœca & voluntaria fulmina stomachata fortis perpetuā ridens, & columis.

Anne mendacium, aut quid impossibile mo- Cap. 41.
nebat Diuus Paulus, cum ciues Theffalonice
hortabatur semper gaudere? Nesciebatne allo-
qui homines, an Deos? Si homines mortalesne,
an immortales? Mortales planè nouerat, in quos
gladius, furor, iniuria, insidia, iniurie, curæ, mor-
bi, & omnis denique miseria sentit, & suarum
vitium facit non modo experimentum, sed
offentationem. Anne Epicureos aliquos, qui
omnibus indulgentiis voluptatis resisterent tot
copiis tristitia? Non, nisi Christi discipulos, in
quos super omnia humani generis pericula ad-
iectum est maius aliud, ipsum genus: in quos
insurgebant parentes, mundus, infernus; qui nec
sui securi sunt; quibus omni voluptati ultimum
vale,

vale, & eternum dicere opus erat; omnibus, qui posseidebant, nuntium mittere, maxime pro disciplina illa veteri, & nouitio feruore. Ad haec sciebat, non quosvis, sed Theffalonicensis viros, tunc temporis honorum suorum direptione, malorum inuidia, invidisque non concubitus, sed oppressos, nec tuos morte interminante superstibus de sublatibus. Inter has machinas miseriae, inter tot organa mortoris, inter tot tormenta fortunae, quid suavis perparuit, sine interpolatione gaudere. Opus istud indefessi gaudijs, solius animi est. Quomodo hunc intercidere valebit fortuna, quem cædere non valet, nec cæsura videt? Nihil cum animo est illi. Inter mortalitatis iniurias ius quoddam immortalis tranquillitatis retinere potest, Deo immortali similis homo moriturus.

Cap. 42.

Deificum Philosophiæ munus censuit Hierocles, illiusque studiosos dixit Deos mortales: Diuinitatis titulum tribuit ob similitudinem addidit mortalitatis ob mutationem, & transmutationem fortunæ, que, quia sinistra, inuite adhuc bonos verberat impotentia sui illa manu, & errore impensis. Falsus est, quo titulo Deitatis, & immortalitatis simulatione gestiunt. Independencia rerum, & sui solius suspiratio mortales facit; immortales possessoros suam sine usurpatione interpellante pacem. Similis virtutis statua Deo eternitatem miseratur. Vlro pro hoc dictum Procli à diuino Epiphano, & Methodio traditum: quemadmodum Phidias, cum Pisæum simulacrum fabricasset, oleum circum pedes effundi iussit coram ipsa statua, ex ebore enim erat; vt ipsam immortalem conseruaret: non minus summi illum rerum Artificem, quam manuarios, sibi simulaciæ constantiam prouidisse. In ipsa similitudine interruptionis causa est. Que similitudo Dei? Immunitas fortunæ, & sufficientia sui. Hac, quia calu immunitis, stabiliis, cuius quietem nec turbabit lex fati, nec illex fortuna, interpellabit, nec severitas mortis, nec levitas fortis, nec seria vnitatis, nec ludibria alterius. Factius Deus endire miscellus homo immuni, perennique beatitudine, solius voluntatis inauguratione. Si ars aliqua esset, que homines in Reges efficeret; si robur sub ingenium caderet; si elegancia, artimque proceritas industria pareret; si vis perspicax, acicique mentis artificialis foret; quis pretio, quis labore parceret; quem non reddidisset largum amaritia, audacem cupiditas. Cur, quia inuentio non sit fortunæ, nec ars efficiendi Reges, dominosque terræ anguli; sed Deos Dynastas sui, fortunæ, mundi; corporeus, & impatientes lucro deifice dignitatis sumus? Que mutatio nostri generis est, vt solum Diuinitatem iam fastidiar cupiditas famelica omnium, nisi eius solum, quo satiari potest? Vbi nunc est antiquus ille ardor primo coartatus homini, cum voluit esse sicut Dens? Supplicium est præfens, fastidium præteriti appetitus. Crimen fuit in scientia, & intellectu concepisse. Diuinitatem; virtus est in amore, & voluntate confit.

consequi. Tedium huius, pena et illius auditatis. Errauit Adam in modo, non in appetitu. Hoc patrimonio similitudinis sua donavit Deus hominem, secum ultimum, velut Benjamin dilectum. & Bennoni charum, aequum filium dexteram suam, & doloris, exclamat S. Hilarius:

*O felix animal nimium, cui dextra Tonantis
Est pater.*

Dicam, o felicissimi dolor Dei est mater. Manus suis fecit Deus hominem, doloribus refecit. Non igitur, quem sic dilexit, Benjamin, exhaereditem relinquit: sed in similitudinis sua portione hereditaria instituit adeunda, non inflatione scientia, sed modestia voluntatis. Frustra ad similitudinem diuinam natalitia humana celebrantur, si appetere, & imitari illam non licet.

PROLEPSIS V.

In quo sit gaudium.

Cap. 43.

Quoniam sua alacritatis architectus esse quisque habilis est, ante elaborationis eius modum, oportebit, in quo pax animi, gaudiumque sicut sit, primitere. Gaudium est quoddam silentium appetitus; quoddam modestia ambitionis; quoddam claustrum cupiditatis; quidam thronus iam confidentis affectus; quoddam sine fastidio epulum cordis; quoddam praedam voluntatis;

In quo sit gaudium.

63

tatis; quodam mors desiderij; quidam avaritiae limes; quodam conterferatio animi, & rerum; quodam adaequatio amoris, & rei amatae; quodam societas voluntatis, & eius, quod optabat; quidam aspectus desiderati; quodam praelentia cupiti; quidam occursum qualitatis; quidam contactus; quidam amplexus boni: & denique, ut haec complectas, quoddam Satis. Non totum tamen in rebus confidet, vix pede altero contingit, quatenus sit nexus, & consensio eorum atque voluntatis, quasi mutuo connicitu, respectique vicissim fibi respondentium, reciprocum attractarum complexa, adaequato conuenientium implemento. Quinque gaudij opificium haec completio est, si nihil cauim reifer voluntati. Qui gaudet, contentus dicitur: quia tunc gaudet voluntas, cum continet quidquid capere valer, aut voler; id est, quidquid exoptare; velut calix, liquorum. O rara rem, aliquam fidem ex rebus letitiam! Omnia prater Deum curta sunt voluntati, & grandi peccant parvitate.

Ad diutinam normam stracta voluntas est. Cap. 44.
Quantumvis dilatentur, quantumvis inflentur, quantumvis explicitur haec contracta, que vulgus bonorum titulo honorat, & super pedum digitos insurgant extremos, surrigant cervicem, attollant frontem; minoris statuta erunt, atque ex hac diligentia infirmiora, instabiliora, ridicula. Omnia minus sunt, si nostrum expandamus sinum: inaequalia nobis, nec implebunt. Vestis Zachari adaptari non posset artibus Goliat: nec Gigantis

Giganis calcum impleret pes parvuli. Si vastus Oceani alueus exsiccaretur, itilla aquae non posset impleri. Anne cauam, quo porcet capi Deus, occludet gutta vna mellis, aut flatus aeris, aut glebulu luti? Quidquid, inquam, volupe sit, quo inuleat libido; quidquid honorificum, quo ambitione inflet; quidquid opulentum, quo consuppet avaritia? Diuinis typis, iuxta Athanafium, efformata voluntas est. Non mirum, si minus illi sit, quidquid Deo est minus. Quomodo vasta illa inanitas, Deum excepta, solidabitur rebus inanibus: Solo intus Deo contento contenta est. Solus, qui est omnia, quadrat cupiditati. Solum illum, qui sit omnia, dico: nam, nec omnia quadrabunt, nisi illud, quod sit solum, omnia. Nam aliquid maius est, quam omnia; unum, quod sit omnia. Addit super omnia gloriam simplicitatis, & in unitate cunctorum adimpliat virtutem, magnificat prestantiam, crescit in infinitatem. Vno solum latit est incremento, quid erit simplicitas? quid unitas? quid ex universis vnum non vnitum, sed unitas? Non est, cur pingatur pusillus amor: Super omnia est: cum Deo solo audet componi, seque cum illo metiri.

Cap.45.

At legitimum licet gaudium, genuinaque salettes voluntatis, Deus solus fit; in ceteras inde dilabitur. Res viaticae quedam & modesta latitia, prolixdum & prælibamentum illius. Suus est propterea voluntatis visus, & modus tranquillitatis: ut, licet istis rebus prætereuntibus, properantibusque ad interitum non sedeamus,

sistamus

sistamus tamen, & perfactoria fungamur interim, factitiique felicitate in hac vita, qua saltem amarorem eius terget, fortunam expiet, & inaniam voluntatis, si non repleat, explicat. Duplex quies humani cordis est, vna appetitus, altera motus eiusdem appetitus. Illam primam habere valemus, dum figimus cupiditatem in uno, determinansque, nec per rerum angulos obterramus vagi bonum reperturi. Intento tamen, inuentioque iam bono, tunc procedit motus appetitus ad fruxum, statimque aliquid, cum deinceps peregrinatio suavis est: quia non sit error, sed iter. Magis tunc laborant, & anguntur viatores, cum querunt iter, non cum itinerantur. Est in vita huius via sua quies, dum cupiditas non palatur. Aliud est querere viam, aliud ire. Illud fatigat; quia inquietum, & incertum stud etiam voluptatis causa sumimus; ante terminum solet etiam quiescere viator.

Verum, nonne omnia nuper calumniati sunt, minora, curta, & pusilla, pre capacissimo voluntatis gremio? Quomodo inane illud immensum occupabunt? Vtique omnia exigua sunt; & si cupiditas se aperiat, cuncta non opprident. Potesit tamen finis noster laxari, & strinxi: explicari potest, porest complicari. Ea astutia fabrefacta voluntas est, vt, licet immensi sit fundi, arctari sciat, & minimis quibuscumque conuenire, adequatam rebus fieri, hoc est, quietam. Duo, que inaequalia sunt, alterum possunt modo patiri inuicem: si, aut maiori detrahatur,

E aut

aut minor addatur: aut contrahendo illud, aut istud protrahendo. Non sunt res tante, ut iactatum tolerent; facescerent in nihilum non sunt tales, ut sustinere onus possint; infirmi sunt: ad ditamentum quodlibet grauabit, aut obruet. Remedium in voluntate erit: non est chalybe, aut fero facta; et certa potius est: nata hic miseria, & misericordia: denarii potest; expandi potest, dilatari, & constringi: materia ductilis est, que in se colliguntur, & ex se producitur arcana, quadam virtute ex libertatis vi: nunc ampliatur, nunc refumitur adaequatura se rebus pro cuiusque magnitudine: ita sinus eius constrictum occupant paria: sicut naturalem mensuram non complevit, expletum artificiale; quod quieti alicui suum est. Hoc rurum est prouilegium libertatis, se accommodare minoribus; æquare, cui voluntur.

Cap. 47.

Felicitas infinita est; parem esse cupiditatem cupitis: non dico ob ambiguitatem magnitudinis; sed cum æqua est cupiditati potentia. Infinitum quid est, finire vota: pte terminus cupiditatum immensus est. Erramus tamen, cum post intermissione oberramus; &, quod intermissione est, non querimus. Quod tamen natura Deus, arte virtutis potest mortalis animalia: & quod nequit potentia humana, potest abstinencia. Igmar, cum gaudium non in rebus commoretur, sed in ita iter contemplatione, & adimpletione, pro libidinibus voluntatis; quacumque voluntas explicatur, hilaris & tranquilla manebit.

bit: quia plena, tam in labore, quam in mollescie; tam in cruciati, quam in delinquenti gauifura. Äquæ utrisque compleri licet. Virceus melle impleri potest, æque ac felle: quodvis infundas, plenus erit. Sit pyxis alocen, utræ faccharum capiat, utroque opplebitur: ita rebus sine delectu duris, blandissime voluntas referita erit. Si se accommodat, constringit, & velut Helisœus parvilo committerit, dum nihil ultra velit, quam habet, aut habitura est; sine labor, dolore; sine alia etrunna sitimato. Nullus labor acerbis est patientibus, sed molestis. Nequaquam putes extra fidem, molestia, et unnovalque letitiam voluntatis posse alere: ipsis miseria potest nutriti felicitas. Nemo est miser, qui sua miseria est contentus: potius, quod ex votò in miseria vivat, fortunatum dicam. Nullus est infelix sensu aliorum. Qui sua conscientia vere felix est, non erit falso iudicio calamitosus. Quis beator, quam qui agit ex voto suo, & res pro voto aguntur: Fabios, Camillos, Regulos paupertas & afflictio non molestarunt: quia non extra votum. Quid interest, quod inops sit, qui hoc vult esse? Quid referit, inglorius sit, qui honorem respuit: quominus latiflum sit, cum id sit, quod vult, plena & solidata voluntate? Desideria sunt tarefactiones, & productiones illius: atque plena etiam absinthij succo, gaudens perinde erit; expleri, gaudere est.

Quid causa sit, quod Attalus regis delicis, Cap. 48. licentioribus, inquam, omisisti, olitor maluisse?

fieri, & rusticam curam, quam publicam gerere; hortos fodere, quam in soliis sedere; germina serere, quam imperare? Quid ut deinde araria artis fabrica vacaret, cui aurum vacabat, atrium, & supellex, fatis est dicere sua, Attalica? Laxuit cupiditatem regno & opibus gauisus, siue gauisatus, (vix aliud sui bonum diutius, quam spem prebent: semper bona est, hoc tamen ipso malo, quod bona: hypocriti enim laborat:) resumpit vero, cum ager placuit. Quid, quod Cincinnatus honorem annum voluit, continuum noluit: ampliavit illic, collegit hic, cum se ad rur colliget? Ibidem Africani ambitio defuit: ingloria tunc queuit tuta gloria laborum: ille in merendis honoribus praemia duxit, labores in reculundis. Aequi in utroque laborauit, in merito, & in modestia, in qua maius meritum. Pro premio fuit non celsare mereri. Tunc honos

*Inferior virtute fuit, metuitque repulsam
Obvia maiestas. Deluit fortuna minorem.
Se confessus viro. Magnum, delata potest;
Maiorem, contempta probat.*

Dignus solius dignitate est ille, quo dignitas non est adhuc digna, sed candidata. Pronidentissimi isti e fortunae palmis ultra exilire elegerunt, quam cadere, aut proici. Cadere periculum, proici contemptus, exilire virtus est. Hanc magnam felicitatem habuerunt, non vinci felicitate. O quam magna virtus fugere fortunam, deinde refitere, maxima fugare! Robusti animi est

est reliqui fortunae, fortunati non cedere. Quid fecit Solonem recusare thronum? Pulnerissimum locum nouerat: sed, quod exitum non haberet, sive paucis, modicisque, ut peruis, adaptaruit. Quid Audientium abnovere imperium? Constrictio cupiditatis. Quid Seuerum inter blandimenta sortis, & adulaturum, in comitis voluptatum, diutius, potentia, immunitate? Imperator erat, & nescio, an dignus non mori, quam non nasci. Seueritas condemnabat nativitatem, utilitas publicae rei mortalitatem. Quid, inquam, fecit, ut leguminibus contentus esset, & adeo affuetus, ut carne pro negato veneno sumpsierit, qua expirauit? Accommodatio voluntatis. Nec aliud Antithenem, Zenonem Citium latet, ut ego ad summum puto, ut ipsi, beatos in omni austerritate, sine miseria vite fecerit.

Nostros prætereo, qui modicis vixerunt contenti. Deo pleni erant, quid mirum, tanto hospite si omnis occupatus locus, aliis spatium rebus non linqueret? Quid mirum sit parvo contentus, in quo Deus contentus occupat multum? Nihil apud si sustinent, cum teneant, quod est omnia. Quid mirum, caelitus ille vir, Franciscus Lupius, nostri Ordinis clarum, non solum miraculis, sed miseria sua decus, postquam omnia reliquisset, cunctisque spoliatis præter se, quia non se mundum vidit, si pallium dedisset egenis? Neque enim satis erit paupertatis amans, cui non exundet amor in pauperes. Vbiunque res amata conspicitur, trahit, instar magnetis, corda. Ultra

Cap. 49

E ; humz

humanam gloriam factum illud fuit: nam, si gloriatus Christos fructum dimidiari a Martino pallij coram Angelis ostentabat, & penè præsumebat, non honestiori purpura arrogans, sibi que augustus; ecquis gloria pretium estimauit, cum ad reliqua ultimæ misericordiæ, & paupertatis argumenta pallium Lupius adiecerit, quod in partes diuinis pauperibus, vt, licet diuini, ad plures veniret totum? Sed, quamvis ultima hæc gloria, non fuit ultima charitas, nec extrema paupertas tunicam deinde scitam totiens donauit, quod in frusta disperguit. Nec dum hic stetit virtus, quæ nescio qua arte cum summa inopia sumnum beneficentiam amicauit, vt nunquam defuerit homini munus, cui defuerunt omnia: tam est absque fundo, vel cum ingenio, miserationis æxarium. Quid, sicut extra gloriam iam eius misericordia abiit, ita extra viatos. Cadauer nudum mox videns exiit se subucula restanti, & decenter humat. Imitatus Martini officia in viatos, superauit Bessarionis charitatem in mortuos, qui superhumeralē dedit defuncto. Aliquid magis necessarium donatum à Lupio video, Martini, & Bessarionis laudem in se cùmularit. Quid appellem hominem adeò subfidentem sibi, tecumque? Fortasse provocatorem Pauli, cum ultra disciplinam suam, etiam ea, quibus induceretur, non reseruauerit; nullis, quibus regeretur, contentus? An æmulum & repetitorum innocentia Adami: quia sola nuditatis sinceritate gauisus? An Dei familiarem, contribu-

lem,

lem, & discipulum: quia se solo, sine adiacenti, letus: Quid iam post omnia, post pallium, post tunicam, post induitum restabat, nisi se dare? Dedit, non te excusat: & cum opibus non potuit, subueniebat operis: nudus vixit, nudus obiit, posthuma adhuc virtute. Tam misericors fuit, ut ipse fieret miserandus, non miser: nam hoc est cordis negotium, non aspectus. Licet omnia respiceret, referens Deo erat. Paupertas non en in illo amisit: faciem potius miseræ habuit. Misericordia in illo substantiam amisit: rem potius, & statim beatitatis habuit. Non illum dum traxit amor inopie; sed copia amoris instigabat.

Prætermitto igitur Viros similes, qui reicere Cap. 50. re magna omnia, ob angustias voluntatis non constricti ad exigua, sed expansæ; plenæ tamen diuino Spiritu, aliud minimè capture. Illos commemorauit Deo inanes: & tamen voluntatis artificio non capiebant, in quod inhiat, & panditur cupiditas vulgaris: se enim confringebant, & adæquabant paucis, & licet vacui, obturabantur: laxamenta enim, & causa cupiditatum, sunt ferarum sauentium caueæ, curarum, mero-ruo: nec alia voluntas misera est, nisi inanis, id est cupida. Solum cupidines cor angunt, quantum partem eius vacuefaciunt; fragilem voluntatem reddunt, pumicosam, cariosam: caries enim voluntaris, cupiditas est: non minus illam, quam ligna, suus perdit morbus. Quid desiderium puras, nisi voluntatis hianum? Hiare cùpientes dicimus: hæc causa tristitia. Corporis

E 4 dolor,

dolor, diuisio est partium unitarum: & animi dolor, vnius cordis scissura, que canum aliquid efficiat. Inanis ventriculus officia eius famis: sic desiderium, eluties amoris est impatientissima, que, cum restat aliquid depletum, angit animum. Exigua mala corrumpunt magna bona: gutta aceti perdit vaseulum nobilissimi merci. In hoc maligna indoles cupiditatis: vna sola corruptit plura gaudia: per illam omnis diffuer latitia. Sit licet plena, & gaudens voluntas, insurgat vna cupido, evanescatur tota hilaritas. Viceus plenus aqua, si fissuram facias, inanescet statim. Hiet desiderio aliquo animus, illac profunditur latitia. Res delicata, felicitas est; facilis miseria. Miser eris, si deficit aliquid; etiam omnia praeter illud habeas. Vt sis felix, nihil excipendum est: omnia habere opus est, aut omnia contemnere: illud arduum est, istud fufibile. Ita tramite obvia felicitas est, & aque facilis, licet claudat omnia bona; miseria vero sit contenta uno malo.

CANON I.

Adaequare voluntatem facultati.

Cap. 51.

ITaque gaudium non est incola rerum, neque a cordis advenia. In adaequatione desideret, ut sicut dicam, desiderij, resque desiderare, cum possef-
sionis iure fungitur amor. Itaque latitia ex facti-
tus

tus est. Nunc artificium istud scrutemur: nunc fidelis fortune raram fabricam noscamus. Bifariam tantum consummatum opus: aut, si voluntati sufficerat robur efficiendi, quidquid peroptaret: aut patientia, ne optet, nisi quod factura est, aut pollens sit efficere, compatibus voluntate, & facultate. Pene ergo videntur clivum fortunae ascendere, que felicitatis verticem contingere, & qui potest, quaecumque vult; & qui non vult, nisi quaecumque potest. Prins illud iter nemini, nisi Deo, patet. Nota ista Diuinitatis, ut ex Aristotele Atienius prodit, exequi, que voluntas, sicut & humanus character, exoptare, quid deficit. In illo sublimi tramite nullum gradum licet homini ponere, si multum aveat, cum parvum valeat. Tota proinde inopia virium faciet in copiam cupiditatum, atque penum mortuum. Alii lenitatem compendiosam culmen istud licet subire, & diuinam felicitatem amulari. Siue omnia habeas, siue nihil velis, quod non sis habitus; limes idem videtur, quies cupiditatis. Dupli via itur eodem. Si non potes exequi, quidquid velis; potes velle solum, quod possis. Ita etiam pacto adequatur cupiditas votis. Parres simili erunt modo duas parvas virginas eiusdem quantitatis, atque duas trahes aequalis longitudinis. Voluntas parum potentis exaequabitur optatis, si patrum optet; sicut & optantis multa, quia potest multa. Non est felicitas in nimis, voluntate, & facultate; sed in consecutione, possefessioneque cupiditorum, in exequatione voluntatis.